Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Tarnow

Toy Makaritoy, Johannis Tarnovii, S. S. Theologiæ Doctoris, & in Academia Rostochiensi Professoris, In Threnos Jeremiæ Commentarius : In quo Textus ex fonte Hebræo explicatur, locis S. S. parallelis confirmatur, a pravis expositionibus vindicatur, Usus vero in Locis Communibus ex ipsa scriptura natis ac probatis indicatur

Hamburgi: Hamburgi: Sumptibus Sam. Heilii & Joh. Gottf. Liebezeiti[i]: Stanno Spieringiano, MDCCVII

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0001
DFG

E 1892

BhV
736

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0002
DFG

Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1839807369/phys_0003
DFG

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ,

JOHANNIS TARNOVII,
S. S. Theologiæ Doctoris, & in Academia
Rostochiensi Professoris,

IN

THRENOS
JEREMIÆ
COMMENTARIUS:

In quo

Textus *ex fonte Hebræo explicatur, locis S. S. parallelis confirmatur, à pravis expositionibus vindicatur, Usus vero in Locis Communibus ex ipsa scripturâ natis ac probatis indicatur.*

Cum

PRÆFATIONE

JOANNIS FECHTII, SS. Theol. D.
in Rostochiensi Acad. Primarii, Ducal. Megap. Consist.
Adsessoris, ac Superint. Gener.



Cum Privilegio Serenisſ. & Potent. Regis Poloniæ & Electoris Saxoniæ.

HAMBURGI,

Sumptibus *Sam. Heilii & Joh. Gottf. Liebezeitl,* Bibliopp.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0005
DFG

Regi Regum, Domino
Dominorum,

JEHOVÆ
SACRUM.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0006
DFG

Ad

Lectorem Christianum

PRÆFATIO

D. JOANNIS FECHTII.

OCtodecim effluxerunt anni, ex quo *Joannes Adamus Plenerus*, vir ad juvandam rem literariam singulari promptitudine incensus, JO. TARNOVII, Theologi famâ meritisque celeberrimi, Commentarium in Prophetas Minores, uno volumine comprehensos, qui antea non nisi seorsim conspiciebantur, nitido charactere chartaque vestitum, in publicum edidit. Præfatus tum est, ad illustre opus immortalis gloriæ Theologus, JO. BENEDICTUS CARPZOVIUS, nec vitam tantum Tarnovianam, sed & merita viri, ut in varias sacræ eruditionis partes, ita cumprimis in sanctissimarum Scripturarum interpretationem, fuse facundeque recensuit & prædicavit. Quæ equidem tanta sunt, ut inter ipsos Reformatæ, ut appellari amat, religionis doctores, SIXTINUS AMAMA, qui ob exegesin sacram non minus celebre inter suos nomen promeruit, Academiæ nostræ Rostochiensi & universim Ecclesiæ Evangelicæ objiciat, quod *pretium hujus viri ignorare sibi videantur*. Ipse verò quamquam non diffiteatur, *Tarnovium* in suæ Ecclesiæ viros, *quos Calvinianos passim*

appellet, ex omni occasione incurrere, adeoque suum suorumque elogium haud promereri videatur, hoc tamen *elogium præclaris ejus laboribus deberi* ingenuè pronunciat, quod sit FELIX SACROSANCTARUM LITERARUM INTERPRES, ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS SOL ORIENS ET OCELLUS. Qua in re sincerum magis animum prodidit quam alii suæ sectæ doctores, quos inter præcipuè *Rivetus*, operoso licet in Oseam Commentario, qui cum in interpretatione per *Tarnovium* profecerint, illius tamen nomen, odio Lutheranismi, quem refellendo Calvinianos subinde professus est *Tarnovius*, studiose reticuerunt. *Amamæ* tamen candorem imitatus *Matthæus Polus*, vir stupendi ad omnem posteritatem laboris, in tertii Synopseos Tomi præfatione *Tarnovium* nostrum profitetur, *diligenti & verborum & rerum investigatione perplexis atq; obscuris locis, quæ in Prophetis plurima occurrant, lucem non exiguam inferre.* Qui & de cætero agrum suum exegeticum irrigare & fœcundare victuris ad omnem æternitatem nominibus doctorum Lutheranorum, *Chemnitii, Osiandri, Strigelii, Helvici, Camerarii, Glassii, Cluveri, Gerhardi, Geieri, Calixti, Schmidii, Calovii*, nequaquam veretur. Primus equidem, quantum ad meam notitiam devenit, *Tarnovius* fuit, qui V. T. libros non ex versionum rivulis, aut eorum interpretionibus, qui fontes ipsi neque consulere, neque vim verborum phrasiumque penetrare potuerunt, linguarum quippe adminiculis destituti, sed ex ipso intimo linguæ genio & argumentis ex curatissima totius contextus consideratione ortis exposuit. Non latuit hoc eos, qui quanto intervallo *Tarnovius* antecedentes se interpretes, sive illi Pontificii forent, librorum mole superbientes, sive ex Protestantium ordine, reliquerit, illico animadverterunt. Quare recte judicat *Carpzovius*, grandes illas *Francisci Riberi, Christophori à Castro & Casparis Sanctii*, in XII. Prophetas lucubrationes jam tum aliquoties excusas, tantum abesse, ut à suis meditationibus *Tarnovium* retraxerint, ut animarint potius, expendentem, quantum illi ex ignorantia fontium, etsi perpetuo ad eos provocent,

vocent, à scopo & sensu genuino prophetarum abeant. Additque: *ipse ergo subsidiis Hermeneuticis longe melius instructus, illorum non minus quam cæterorum omnium, qui vadum hoc tentarunt, conatus vicit, remq; ea confecit felicitate, ut applausum bonorum omnium atq; admirationem suo jure meruerit.* Verè igitur de *Tarnovio* scribere *Joachimus Henningius* Hamburg. potuit:

\- - - - - - *TARNOVIUS, optimus ille*
Scripturæ interpres quondam, cui nostra secundum
Aut similem vix secla queunt dare, testibus ipsis
Adversæ partis doctoribus.

Negari equidem nequit, novum hoc *Tarnovii*, enucleandi emedullandique sacrum textum institutum, ut quæ recenter exoriuntur universa, in sollicitudinem quandam nonnullos, non alibi tantum, sed in ipsa quoque Academia nostra, Theologos adduxisse, ne in novitatis qualemcunque suspicionem Theologicæ hic Facultatis Collegium apud exteros deveniret. Qui & nonnunquam *Tarnovium* ipsum, ne liberiore sensuum Divinorum in textibus sacris electione, si præcipuè bene de Ecclesia nostra meritos interpretes graviore stilo refelleret, offendiculum aliis crearet, commonuerint. Videbatur quoque ea nonnunquam loca, quæ quodam quasi Christianorum doctorum consensu Christum, omnis Scripturæ nucleum, præferebant, de quibuscunque rebus aliis quam de Christo interpretari. Quod quam periculosum sit, *Grotii* postea exemplum docuit, quem ut vastis voluminibus erroris convinceret, memorabilem operam impendit *Abrah. Calovius*. Respondit vero ad hæc singula biennio ante, quam ex hac vita decederet, *Tarnovius*, in Præfatione, quam Exercitationibus Biblicis præfixit, testatus, si quid rectè præmonstratum ab amicis viderit, grata id mente se arripuisse, non vero ad silentium, nisi susque deque habere proprii nominis famam vellet, aliis fuisse obstrictum in iis,

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0009
DFG

quæ ex livore in se & odio profecta fuerint, læserintque veritatem. Quæ tamen & ipsa candide judicantium censuræ libentissime subjiciat. Christum se verò non minus, ubicunque id, textu ejusque circumstantiis salvis, fieri possit, quærere, tanquam salutis nostræ proram puppimq;, quamquam non eodem modo oculis intentis eundem adspiciat, hic nempe directò, ibi verò per consequentiam & velut oblique, memor, non Evangelium tantum sed & legem inculcare Scripturam & utilem eandem esse non ad doctrinam tantum & redargutionem, sed & ad morum vitiorumque correctionem. Inter Theologos non minus ac inter omnium aliorum ordinum homines liticulas nonnunquam & simultates salva fidei unitate & charitatis vinculo oriri ut insuetum non est, ita easdem exaggerare & traducere atri dæmonis artibus merito annumeratur. Nec enim iisdem destituuntur etiam eorum cœtuum doctores, qui angelicam sanctitatem ipsa professione sua præ se ferunt. Internecina odia & insectationes plusquam hostiles inter sese exercent Anabaptistæ, ut illorum annales sine commiseratione legi haut possint. Quin & illa labes ipsam Servatoris nostri scholam & Apostolorum postea collegium non parum adflixit. Neque ita humanam naturam exuerunt hodie Fanatici, quamquam à pietate & sanctitate nomen consecuti sunt, eandemque omnes alios contemnendo in cœlum usque jactant, quin eo magis virus suum in propriæ superstitionis asseclas, si hi pedem ipsorum quomodocunque non dicam triverint, pressérintque, sed leviter tantum tetigerint, effundant, quo magis os suum ad alios omnes præter se dicendis non dicendisque convitiis dilacerandos perpetua quadam consuetudine adsuefecerunt. Magistrum hac in arte sese jam a longo tempore professus est famosus ille *Godofredus Arnoldus*, neque quisquam omnium unquam hominum fuit, qui eundem maledicendo vicerit. Nemini igitur mirum videri debet, quod & dentium suorum aculeum infixerit in controversiunculæ illius, quæ TARNOVIO NOSTRO

cum

cum quibusdam fratribus suis interceſſit, commotionem. Audiamus vero ipſum hunc Archi-Ariſtarchum, poſtquam quædam de *Paulo Tarnovio* præmiſerat, ita pro cenſoria ſua auctoritate decernentem, Sec. XVII. c. VI. §. XLIV. & XLV. Seines Brudern Sohn D. Johannem Tarnovium haben die andern Theologi angeklagt / daß er in ſeinen Exercitationibus Theologicis ſo wol in Auslegung der Schrifft als in der Application von denen gemeinen Meinungen der Theologen / ſonderlich Lutheri, Chemnitii und Hunnii abgegangen wäre. Ad marginem verò, ut quo hac recenſione tendat, aperiat, hunc Laconiſmum adjicit: D. Johannis Tarnovii Zeugniß gegen das Anſehen der Menſchen. Quibus ex epiſtolis *Tarnovii* MStis ſubjungit: Er ſelbſt hat an D. Balthaſar Meißnern hievon dieſes geſchrieben: **Ich habe erfahren / daß meine** *Problemata* **in der** *Diſputation de Bonis Operibus* **gar viel ſehr verdroſſen hat / da ich doch alles aus der Schrift / gar leicht beweiſen könte. Man ſtreitet auch mit mir über die** *Materie de* ἀποκαταστάσει, **deßwegen mich viel Verleumder gar ſehr unbeſcheiden angreiffen / und weil ſie keine Gründe haben / ſo fechten ſie mit lauter** *Autoribus* **der** *Theologorum*. **Man hat auch in meiner Schrift** *de Lege* **einen Satz als neuerlich verworffen.** Ferner ſchrieb er in folgendem Jahr 1619. **Ich wolte die Jugend gern auf die Bibel und GOttes Wort führen / auſſer welchem leider heutiges Tages die meiſten ihre** *Theologie ſtudiren* **/ in dem die** *Studenten* **guten theils auf verkehrte Art / und ehe ſie die Bibel leſen oder eine** *Theſin* **verſtehen / ſich auf die** *Controverſien* **legen und auf die Predigten / die zwar von andern aus guten Abſichten geſchrieben ſind. Dabey hab ich offt erfahren / daß wann man etwas erinnert / was ſie in ihren gewöhnlichen Büchern nicht geleſen haben / ſo dünckets ihnen ſo fremd / als wenn ſie in eine**

ne neue Welt kämen. Hernach schrieb er *a.* 21. an eben denselben: Ich höre / daß meine *Exercitationes* bey euch neulich auf der Cantzel sehr durchgezogen worden. Wann das aber *refutiren* heist / so hat der gewonnen / der der erste ist. Ich halte die *Auctorität* der Menschen so hoch / als ich schuldig bin / das ist / in Göttlichen Dingen / wann sie mit keiner Göttlichen *Autorität* verknüpffet ist / halte ich sie gar vor nichts. Extraxit illa *Arnoldus* ex epistolis *Tarnovii* manuscriptis, quæ quomodo ad ipsum delatæ sint, viderit ipse. Ut autem dubitandum non est, Latina lingua exaratas fuisse, ita eam fidem in interpretatione non meretur *Arnoldus*, ut fideliter in vernaculam versas esse certo persuaderi queamus. Quam enim ea in re fefellerit non raro, alibi ita dilucide oculis objecimus, ut nec diffiteri possit ipse. Cum vero humanam auctoritatem rejecisse *Tarnovium* profitetur *Arnoldus*, id ex genio religionis *Arnoldinæ* ita intelligendum est, nulli eum se fidei confessioni, nulli symbolo, nulli doctrinæ formæ adstrinxisse, sed insuper habita omni hominum, confessiones & symbola condentium auctoritate, credidisse, docuisseque, quicquid ipsi collibuerit, suoque judicio, quamquam Scripturam exterius præferente, habuerit pro vero. Hanc enim esse religionis Arnoldinæ summam, cum insectatio omnium confessionum, symbolorum, catheseon, similiumque credendi formarum & ὑποτυπώσεων τῶν ὑγιαινόντων λόγων, quæ sanam doctrinam complectuntur, secundum quam docendum esse pronunciavit Paulus, Tit. II, 1. II. Tim. I, 13. tum rejectio omnis elenchi, quo errores in doctrina Divino jussu confodiuntur & condemnantur, Tit. I, 9. 10. 11. cui uni propemodum rei tota historia ipsius hæretica destinata est, comprobant. Qui itaque ad quamcunque doctrinæ formam, quam in docendo sequantur, sese obligant, quod faciunt, qui libros Symbolicos recipiunt, eos humanam auctoritatem adorare affirmat, ut nempe Indifferentissimo suo

&

& universali religioni viam paret, ejusque ponat fundamentum. Dum vero in partes suas advocare *Tarnovium* satagit, qui & ipse humanæ auctoritatis vinculo innecti se passus non fuerit, pro more suo agit *Arnoldus*, quodque ille de obscuriorum locorum interpretatione, in qua libertatem quandam, dummodo illa ad abusum non declinet, nec fidei analogiam in clarioribus locis lædat, concedi expositoribus Scripturarum debere perpetuo judicatum est, asseruerat, ipse ad contemptum omnis humanæ auctoritatis, quantumlibet juxta regulam S. Literarum & secundum ordinem Divinitus constitutum, Matth. XIIX, 17. in ipsa fidei doctrina pronunciantis trahit, ut in *Tarnovio* subsidium se Indifferentismo suo & universali credendi libertati non vulgarē inveniſſe imperitioribus persuadeat. Hæ *Arnoldi* artes sunt, per universam historiam suam diffusæ. Quam verò ab Indifferentistica illa, pro lubitu suo in fidei doctrina sentiendi, quid quisque velit, libertate abhorruerit *Tarnovius*, partim ex ipsius *Tarnovii* verbis ab ipso *Arnoldo* allegatis patescit, ubi: Ich halte die Auctorität der Menschen so hoch / als ich schuldig bin / das ist / in Göttlichen Dingen / wann sie mit keiner Göttlichen Auctorität verknüpffet ist / halte ich sie gar vor nichts. Quid vero sunt libri Ecclesiarum nostrarum Symbolici aliud quam scripta, humana quidem auctoritate condita, sed auctoritate simul divina munita, qualem auctoritatem ideo magni se facere ipsa oppositione ad scripta mere humana *Tarnovius* profitetur. Partim vero hoc ipsum magis confirmat Tarnoviana scribendi ratio, qua ubicunque occasio fuerat, doctrinæ in libris Symbolicis contentæ vindicias ita acres & severas instituit, ut ideo conqueratur *Amama*, ubique eundem in suæ confessionis homines, *quos*, molesto scilicet ipsi titulo, *Calvinianos passim appellet, ex omni occasione incurrere.* Bonus est *Tarnovius*, laudandus, in cœlum vehendus est *Tarnovius*, si credendi absolutam licentiam extolle-

re videtur, & Indifferentiſmo Arnoldino patrocinari, cur vero non pari cupiditate Zeloque collaudat *Arnoldus* alacritatem & παῤῥησίαν *Tarnovii* in refellendis cujuscunque generis ſectariis, veritati cœleſti quacunque ratione ex Apoſtoli præſagio obſtrepentibus, inprimis tam charis *Arnoldo* Calvinianis? Talem è contra elenchum in ſinceris Eccleſiæ noſtræ doctoribus ubique hoſtili calamo invadit, carpit, ſugillat, ad infernales furias relegat? Nec eſt, quod quis excipiat, hoc tantum velle *Arnoldum*, inter Theologos, Lutheri quondam doctrinam profeſſos, *Tarnovii* noſtri teſtimonio, fuiſſe, qui libertatem, etiam in Exegeticis, nimium conſtrinxerint, eosque qui libertatem illam ingenuo animo fuerint profeſſi, odio, imò convitiis proſciderint. Verumenimvero quibus genius & indoles religionis Arnoldinæ perſpecta eſt, fidem ſibi febriculoſa hac exceptione fieri nunquam patientur. Si vero nonnulli bono animo libertatem in ſacrarum literarum expoſitione, metuentes, ne ea in abuſum degeneraret, in *Tarnovio* notarunt, ſi in cenſura iſta vel exceſſerunt modum, vel ad acerbiora etiam verba in perſtringendo delapſi ſunt, tantine hæc res fuit, ut à Momo intempeſtivo & maleferiato carperetur? Ut in argumentum produceretur dilapſæ à priſtina ſua & innocentia & veritate Eccleſiæ? Ut ideo tota Eccleſia noſtra adverſariorum noſtrorum ludibrio & riſui exponeretur? Qvis ferat hunc Chamum, patris ſui pudenda ſcelerate denudantem? Igiturne & Petrus Paulusque Eccleſiam a Chriſto plantatam ſtatim iterum corruperunt & dederunt in exitium, cum colliſio aliqua inter ipſos exorta eſt, eaque nequaquam vulgaris? *In faciem Petro reſtiti*, ait Paulus, *quia reprehenſibilis factus erat*. Gal. II, 11. Cornelius à Lapide: *in faciem, id eſt, ut vulgo dicimus, in os, in barbam, apertè, palam Petro reſtiti, idque, ut hac ratione ſcandalum ejus publicum publica correctione emendaretur.* Provocatque ad Auguſtinum, Ambroſium, Bedam, Anshelmum. Cur vero tuas, *Arnolde*, Fana-

Fanaticorumque tuorum jactas in invicem maledictiones non pari cura & industria conquiris, manifestas, traducis? Festucam ex tuomet oculo prius extrahe, quam aliorum nævis insultes, eosque, quantum in te est, universo orbi, virulentus Aristarchus, prostituas. Audiamus vero porro aliud Indifferentisticæ pietatis in *Arnoldo* specimen, quod superioribus illico subjicit: **Dieser Freudigkeit wegen / welche dieser Mann auch in seiner gedruckten** Apologia **wider die Menschen-Satzungen sehen ließ / waren ihrer viel ihme gar sehr feind. Daher unter andern in selbigem Jahr noch** (ita enim verba sine dubio legi debent, quæ alias sensum nullum habent) **der Superintendens von Grypswald** Bartholdus Krackeviz **schrieb: Es ist nicht zu sagen / wie sehr es viel bey uns verdreust auff die** *Apologie* **des unbescheidenen** *Tarnovii*, **daß der unbändige Jüngling / der doch ein** ἀνηδιδακτος **ist / einen so grossen** *Theologum D. Balduinum*, **ohne Scheu angreifft. Aber was solte er sich nicht unterstehen / da er** *Lutherum, Brentium, Chemnitium*, **unter seine** *virgulam censoriam* **ziehet?** Worauß man siehet / daß Tarnovii Redlichkeit und Freyheit vom Ansehen der Menschen / diesem Krackewitz gar sehr zu Gemüht gestiegen sey. Von welchem wir aber oben im ersten Capitel sehen / wie übel ihm sein fleißiger Eyfer wieder die Kätzer bekommen / da ihme die Papistische Soldaten deswegen ordentlich einen Product gegeben. Capite primo, ad quod provocat, hanc crisin adjicit: **Welche seltzame Straffe wol ihm und sonst manchem den Eyfer vertrieben haben wird / der ihn im Schelten auf die Ketzer zusetzen pflegen.** Postrema verba ne intelligi quidem possunt. Summa vero dicendorum esse debebat: Zelum in religione ad Garamantas esse proscribendum: Zelotas virgis, baculis, fustibus castigandos: nemini veritatem oppugnanti os obturandum: erroribus quibusvis liberrimum cursum per-

mittendum: sectarum omnium discrimen nihili habendum: Libertatem sentiendi, quid quisque velit, cuilibet concedendam: Pontificios nunquam ullo verbo refellendos: Reformatos majore quam aliarum sectarum quarumcunque professores in amore, inque pretio habendos, Fanaticos vero ob adamatum ab ipsis Indifferentismum vel solos pro carissimis DEI Filiis habendos. Hæ enim sententiæ sunt per universum Historiæ Hæreticæ corpus summa cura studioque defensæ. Non credo, talis Theologi portentum, quousque Ecclesia stetit, unquam extitisse, quod omnem erroris in fide elenchum, 2. Tim. III, 16. omnium vaniloquorum & mentium deceptorum Βηγόμενον, Tit. I, 11. etiam eo loco exercendam, ubi veritatis hostes rerum potiuntur, Joh. IIX, 59. Act. VII. 54. s. ex Ecclesiæ ministerio eliminaverit. Ipsi Anabaptistæ & Fanatici, intimi *Arnoldi* amici, Weigelius, Böhmius, Svvencfeldius, Hohburgius; *Arnoldus* ipse, grandibus libris, Zelo igne quolibet ferventiori, maledictis innumerabilibus, convitiorum non plaustris, sed imbribus, in eos, qui suæ religioni videntur adversari, invehitur; iisdem atrociter insultat; eosdem linguis unguibusque dilaniat; ipsos Lutheranos vero, sub quo ipso nomine hactenus in Ecclesiis docuit ipse, vult esse canes mutos & elingues. Sive fabula sit, sive historia, quæ, etiam Theatro Europæo illata, de *Bartholdo Krackevvizio* memoratur, vix fidem apud posteritatem nostram inveniet, fuisse aliquando hominem non dicam Christianum, nedum Theologum, sed virum tantum honestum, qui id in vitio ponere ausit, in quo toties Apostoli summam hominis Christiani gloriam constituunt, pati nempe propter Christum & veritatem. 1. Petr. II, 20. IV, 13, 16. 1. Tim. I, 8. 2. Tim. II, 3. Rom. V, 3. 2. Cor. I, 4. 5. 6. Ut vel hinc, quo Spiritu obsessus fuerit, dum ista scriberet, *Arnoldus*, etiam iis innotescere possit, qui ut Numen eundem adorant. Recordor, dum hæc scribo, similis historiæ,

qvæ

qvæ contigit Argentorati circa celeberrimum Theologum, D. BEBELIUM, paulo ante, qvam inde Wittebergam concederet. Apparabant Pontificii primam, poſt occupatam urbem, eamqve ſolenniſſimam in Feſto Corporis Chriſti proceſſionem. *Bebelius* veritus, ne Lutherani hoc tam ſplendido novæ religionis apparatu ad benigniorem de Romana fide opinionem pertracti ſeducerentur, edito de Feſto Corporis Chriſti exiguo tractatu, in qvo & de origine Feſti & de ſuperſtitione in eodem latente, Zelo cum modeſtia conjuncto egerat, Eccleſiæ ſuæ cives divertere ab iſthoc offendiculo adlaborabat. Offenſi ea re Galli, cauſati tumultum eo ſcripto excitari poſſe, arreſto primum domo virum incluſerant, mox per lictores, infamia capitalium ſuppliciorum ſigna, rotas, cruces, veſtes, gladios, in veſtibus ſuis gerentes, per publicas longasqve urbis vias tractum, ad Inqviſitorem publicum, qvem Galli pœnis capitalibus Præpoſitum, *Prevoſt*, appellant, abduxerunt, ad articulos Inqviſitionales eosqve plurimos reſponſurum. Pleriqve viro vel ignem præſagiebant vel gladium. Non poterat tantus Theologus, qvamqvam eruditionis & pietatis fama per totum orbem inclytus, fœdiori dehoneſtamento exponi. Qvamqvam poſtea à Rege, ad qvem Acta transmiſſa ſunt, ſententia alia lata non fuerit, qvam libellum, ab ipſo evulgatum, à Jeſuitis refellendum eſſe. *Arnoldi* judicium ſi audias, qvotqvot in religione zelum ſimilem Bebeliano demonſtrant, ad lorarios, ad carnifices, ad menſas lanionias, ad furcas condemnandi ſunt, ut conticeſcere diſcant & veritatem indefenſam relinqvere. Increpet te DEUS, ô Satan! Vindicavit vero ante biennium Proavi ſui famam adverſus impudentiſſimum omnium bonorum flagellatorem, nepos tanto nomine dignus, *Albertus Joachimus KRACKEVICIUS*. Qvod ſi dixeris, verum interea eſſe, qvod ſcripſerit *Arnoldus*, de ſtudii Biblici contemptu merito conqveſtum eſſe *Tarnovium*, immeritoqve ab aliis acerbis

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0017
DFG

verbis objurgatum & conſciſſum; tum ſciendum eſt: Non ob ſtudii Biblici culturam & commendationem, ad qvam, qvisqvis veri Theologi nomen unqvam obtinuit, ſacræ diſciplinæ cultores ſemper cohortatus eſt, ſed ob interpretationis, qvam ſibi fuerant imaginati, qvendam abuſum rixari videbantur & contendere. Homines ſumus & humani à nobis nihil alienum eſt. Si qvid amarius in invicem dixerint, & inter germanos nonnunqvam jurgia oriri meminerimus. Tu verò qvi ſervum alienum judicas, qvi feſtucam in proprio oculo tuo non vides, cur aliorum defectus tam intentis luminibus tamqve acriter contemplaris? Cur in proximo tuo id tantum cernis & exagitas, qvo hominem ſe eſſe & ceſpitare poſſe teſtatus eſt, oblitus ejus boni, qvod Divina in ipſum providentia largiter depoſuit? Poterat utiqve & debebat *Arnoldus* in toto Hiſtoriæ ſuæ opere in memoriam ſibi revocare illud *Chriſtiani Thomaſii*, qvo majorem nunqvam encomiaſtam nactus eſt, qviqve hiſtoriam ipſius proximo poſt Divinos libros loco poſuit, in Epiſtola, Disputationi de homicidio lingvæ, (qvi ſolus titulus idoneus eſt, ad aculeum pectori Arnoldino qvalibet cuſpide penetrantiorem infigendum) præmiſſa, ubi ita: *eſt & ſingulare quoddam ac eruditis proprium linguæ homicidium, cum hi inter ſe diſputantes collectionibus errorum vitæ pariter ac famæ ſubinde laqueos ponunt. Ac dolendum eſt magis, quod cum id hactenus raro obſervandum fuerit inter eos, qui politioribus ſtudiis & Jurisprudentiæ operam dederunt, noſtro ſeculo eo ſe polluerint & adhuc polluant quidam moriæ & furoris ſatellites, qui ad famam graſſantur, dum in famam aliorum graſſantur.* (Qvem in vicina Academia perſtringat, ignotum nemini eſt. Idem tamen prorſus dici debere de Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcri-

scriptoribus, qui cum antea a perpetuis in alios invectivis, eorumque famæ homicidiis abstinuerint, novissime, *Arnoldo* primo auctore, totam historiæ seriem novo & inaudito antea exemplo in sugillandis & ludibrio exponendis Ecclesiæ doctoribus consumunt) *Errores communes detegere: viri prudentis est & eruditi. Errores hujus vel illius*, (utpote Krackevizii ex mente Arnoldi) *colligere, nonnisi abjectæ mentis judicium est & character obscurorum virorum. Si homo nihili & obscurus est, cujus errores colliguntur, dementiæ signum est. Si vir fama & doctrina pollens, nasum aut palatum arguit, non invidendum quidem, sed pituita infectum, quod in stercoribus alienis delicias quærat. Si sunt errores, quid Stultius, quam gloriam quærere opere, quod nihil ostendit quam quod adversarius homo sit, collector autem ad latrinas civitatis purgandas sit aptissimus. Si non sunt, nota est calumniatoris, philautiæ phreneti laborantis.* Quare *Arnoldus*, quoties nævos ex doctoribus studiose corradit, virtutes supprimit, ante oculos sibi constituat illud Poetæ adversus Zoilum:

Quondam Virgilius aurum
Ex stercore quæsit Enni,
Tu, ne videaris avarus,
Ex auro stercora quæris.

Sed ad TARNOVIUM revertor, cujus cum in XII. Prophetas minores commentarios, in unum volumen, nitida charta pulcerrimoque charactere constans, in publicum dederit summorum meritorum Theologus, D. CARPZOVIUS, & vero nuperrime honestissimi viri & Bibliopolæ celeberrimi, *Samuel Heyl* & *Johann Gottfried Liebezeit*, mihi significaverint, sub prelo ipsorum ejusdem *Tarnovii* in Threnos Jeremiæ commentarium recudi; autor suasorque ipsis extiti, ut exemplo Carpzoviano reliqua *Tarnovii* universa, quæ sive in integros præter Prophetas libros Biblicos, sive in Psalmos Davidis, sive in diversa Scripturæ loca commentatus est, uno Tomo comprehensa luci iterato restituerent. Quod in se libentissime receperunt. Cumque in vicem quasi pignoris hanc ipsam in Threnos Expositionem præmittere, gustumque futuri operis, Tarnoviana, si fieri possit, imagine exornandi, præbere velint, ejus rei fidem publica hac allocutione dare debui.

Dabo

Dabo vero ego simul omnem, qua fieri potest, operam, ut quæ ad Tarnovianas Exegeses spectant, summa cura & contentione, sive a reliquiis sanguinis Tarnoviani, sive ex Bibliothecis publicis privatisque conquisita, in novo isto volumine compareant, expleantque lectoris desiderium ex asse. Is est hodie seculi genius, ut ad S. Scripturarum studium animum omnes advertant, ut majore, quam antea unquam, cura in sacrorum sensuum penetralia & divitias universi inquirant. Quas cum hodie Fanatico & Indifferentistico hoc tempore plurimi in somniis & deliriis enthusiasticis potius quam indagine & scrutinio Spiritus, per Scripturam loquentis, venentur, eo chariora nobis ea opera esse debent, quæ ab his animi morbis aliena, simplici pietate, & mente ab omni privato carnis affectu remota sunt conscripta. De quibus posthac, si vixero, plenius. Ubi simul reliquos, quos arrosit *Arnoldus*, hujus Academiæ Theologos, *Joannem Affelmannum*, *Joachimum Lütkemannum*, *Paulum Tarnovium*, aliosque, certamina item, quæ cum collegis ipsis intercesserunt, ab iniquis ejus morsibus vindicabo. Scr. Rostochii, ipsis calendis Septembris, A. M DCC VI.

IN

IN THRENOS JEREMIÆ,
PROLEGOMENA,

Psalm. 90, 15.

שמחנו כימות עניתנו שנות ראינו רעה׃

CUr hoc tempore, (anno 1624. quando pestis apud nos grassabatur, & bellum imminebat,) Threnos explicare aggrediar, si quis quærit, tempora hæc nostra, uti puto, non considerat, egoque, si prolixe ac operose id explicarem, ocio abundare, imo abuti videri poteram, nimirum, quia nobis etiam omnibus dictum putem, ab Apostolo Eph. 5, 16. ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. Redimenda Tempo- est temporis oportunitas, quia instat dierum calamitas. Si ris inser- enim agricolæ, mercatores, milites quæque suo agunt tempore, viendum. nos longe rectius in spiritualibus decet vigilare & negociari, dum tempus est, ut lucrum illud optimum, de quo Paulus Phil. 1, 21. & 3, 7. 8. consequamur. Horsum vocat Deus bonis & malis afficiendo, & hoc vocat יום רעה, de quo in Prov. 16, 4. Dum enim

Et malo quærendum remedium.

enim homines sunt mali malo culpæ, dies sunt mali malo pœnæ, in quo qui verum non habet remedium, quod opponat, desperet; Nos vero novimus illud esse in scriptura, præmonstrante Apostolo Rom.15,4. & in hisce lamentationibus, ubi cum Jeremia peccata confitemur, pœnas deprecamur, gratiam imploramus, consolationem inveniemus: Hic itaq; est ille noster καιρὸς, Rom.13,11. 2.Cor.6,2. consideremus apud animum ἡμέραν πονηρίας, ut quæramus ἡμέραν σωτηρίας. Licet enim nondum hæc nostra regio vel civitas sit ab hostibus occupata, tamen alias multas in Germania ad exemplum Jerosolymæ vastatas esse scimus: & fame ac peste nostram quoque Academiam esse suis civibus viduatam videmus, ut non sit difficile pleraque Prophetæ lamenta ad nos accommodare. Quod ut fiat & ut agnita nostra miseria accurramus ad DEI misericordiam, hæc nunc exponere visum est.

Sunt hic tantum ὑπομνήματα.

Et cum apud Græcos duo sunt scriptorum genera συντάγματα, perfectiora quædam opera & elaborata, & ὑπομνήματα seu breves commentarii ex aliorum autorum lectione potissimum collecti, hac vice hunc posteriorem modum sequi placet, tum quod pleraque non sint admodum difficilia, tum quod non facile analysi accurata possint illustrari; quæ, ut fieri amat in iis, qui deplorant suas miserias, prout occurrunt, proferuntur, eademque sæpe repetuntur.

Προλεγόμενα 6.

Ne vero plane illotis, quod ajunt, manibus irruamus in hæc sacra elegiaca, paucis pauca quædam προλεγόμενα attingemus verius, quam exponemus. I. Quis autor. II. Quis liber. III. Qua ratione sit conscriptus. V. Quando. VI. Quo fine & usu nostro. *I. Jeremias, qui est autor*

1. Quis autor?

Jeremias.

secundarius (Spiritum Sanctum enim esse primarium ut omnium librorum Propheticorum, ita etiam hujus, præsupponimus cum Petro. 2. Epist.1, 20. 21.) quis sit ipse c. 1. v. 1. suæ Prophetiæ indicat, in quem locum, si quem prolixitas oblectat, videat interpretes. Eum vero conscripsisse Ecclesiæ hunc libellum, non modo 1. ex constanti Ecclesiæ Judaicæ testimonio, verum etiam II. ex ipsa subjecta materia, quam in suis vaticiniis prolixe idem tractavit. III. Genere dicendi. IV. Testimonio Græcorum veterum liquet. Et quoniam, qui id neget, non sit inventus, pluribus id probare est

super-

supervacaneum. Notat nimirum eum, qui DEum exaltat a רום *&* יהו *præfixo Jod, quo multa nomina propria ab initio formantur. Hinc adeo multi per ὀνομασίαν quandam factum esse putant, quod Matth. 27,9. Jeremiæ nomen loco Zachariæ ponatur; cum qui Dei sit semper memor, eis eum exaltet, & contra. Ubi tamen potius cum iis sentio, qui Zachariam fuisse binominem existimant: vel quod adhuc magis probo, illum locum apud Evangelistam esse ex duobus, uno Jeremiæ, altero Zachariæ loco compositum. Videatur D. Gerh. in Harm. pass. L. Glass. in Philolog. sacra l. 1. tract. 2. p. 196. II. Quis liber hic, variant interpretes.* 2. Quis hic liber.

Quidam Hebræi cum Josepho & Philone statuunt esse eundem cum prophetia. Fundamentum autem eorum (quod etiam suum postea 1. Sententia.

quodammodo fecit Hieronymus, multique alii Græci & Latini patres, ut videre est apud Christophorum à castro in Isagog. ad Lamentationem Jerem. c. 2.) est valde infirmum, tot saltem esse Rejicitur.

libros V. Test. quot sunt literæ alphabeti hebræi nempe 22. de quo etiam nonnulla in προλεγομένοις *in 10. Psalmos, anno 1621 editos.*

Alii hunc librum esse eum, qui in ignem conjectus fuisse Refutatur

legitur Jer. 36,23. Sed quum reliqua ibidem addita huc non quadrent, in illam sententiam non descendimus. Ibi enim oracula omnia, quæ hactenus Jeremias contra Jerusalem ediderat, continebantur, & postea longe plura addebantur, quorum neutrum hic reperimus, quum non hic habeatur futurarum calamitatum denunciatio, sed deploratio, & omnes hi threni simul editi appareant, quicquid nonnulli de tertio alphabeto postea addito garriant.

Tertiò sunt, qui (quod etiam habet Tremellius & Ju- 3.

nius) arbitrantur, has esse illas lamentationes, quas composuit Jeremias super necem Josiæ regis, 2. Chron. 35,25. quæ quotannis repetebantur in Ecclesia Judæorum, ne illa res ipsorum excideret animis, quò etiam trahunt locum Zach. 12, 11. ita tamen, ut occasione necis regis præsentes & instantes calamitates defleverit. Sic Hieron. & Josephus etiam censent, nec adeo improbabiliter, cum Probatur.

expresse dicatur, quod extent illi Threni hodie, etiamque sit verisimile, propterea etiam adhibitum esse tantum in compositione artificium, ut tanto melius durarent ad posteros. Quæ autem pleri- 1. Obj.

Ref. que alii objiciunt, quod ad tempus hoc non contigerit migratio Judæ, despoliatio, vastatio Jerosolymæ, nil obstat, cum illi non dicunt, tum omnia illa fuisse jam, sed futura esse propheticeque denunciata fuissent præsertim in exilio Babylonico, siquidem post Josiam omnia ruere in pejus cœperunt, donec prorsus omnia collaberentur. Resp. Neque adeo firmiter concludit illud, quod ex proœmio quodam a LXX. & Latinis interpretibus addito, quod Jeremias post captivitatem hæc dixerit, obducitur, nam quia antea hoc carmine lugubri præmonebat, & in ipsum urbis excidium supervivebat, quidni quum quotannis in Ecclesia illud repeteretur, maxime eo ipso tempore, quo complementum omnium vidit Propheta, hoc ipsum inculcaret & tantam vastitatem defleret. Non fuerunt duæ lamentationes. Quod si asserimus, non opus est, ut citra necessitatem ac fundamentum certum asseramus, fuisse duas lamentationes a Jeremia conscriptas, priorem super mortem Josiæ, quæ periit, posteriorem super excidio Jerosolymæ & Judææ, quæ sit hæc, quæ extat; non enim sunt entia multiplicanda circa necessitatem, ut habet Philosophorum axioma. Hæc autem epigraphe quum in textu Hebræo non habeatur, quid illi authoritatis sit deferendum, facile liquet, præsertim, quum quidam Græci & Latini interpretes (de quibus videatur Christoph. à Castro cap. 1. Isagoges) eam non referant, nec geminam propterea agnoscant. Sic in multis Psalmis posuerunt LXX. (si modo illi sunt ejus versionis Græcæ, quæ jam superat, autores, quod alii gravissimis argumentis refutant, quibus facile subscribo) titulos, qui tamen non quadrant, nec multum attenduntur, nisi à vulgatæ versionis defensoribus Papistis, siquidem autor ejus (qui non Hieronymus) more suo errantem Græcum sequitur. Hic liber est authenticus. Sufficit nobis scire, quod sit liber authenticus, quum habeatur in Bibliis Hebræis inter quinque volumina parva, teneatq; inter ea medium locum, & proinde, quum ab Ecclesia Judaica sit receptus, & in arcam Ecclesiasticam repositus, non erit apocryphus, hoc est, interprete Damasceno, οὐκ ἄπεστι ἀπὸ τῆς ἁγίας κρύπτης.

3. Nomen Vocatur. איכה. Tertio in prolegomenis nomen ejus est indicandum, quod habet duplex, unum more Hebræorum a prima voce איכה ut Hebræi primum librum Moses בראשית, secundum שמות, tertium ויקרא, &c. Imo etiam ipsas majores sectiones eodem

dem modo appellent, prorsus ad eum modum, quo hodie JCti suas leges citant, vel Pontificii Pontificum decreta. Alterum nomen habet a subjecta materia, præcipuè apud Rabinos, qui appellant קינות *ex 2. Chron. 35, 25. Unde Græci nomen* θρῆνοι *ei imposuerunt, & Latini Lamentationes dixerunt. Ut autem Canticum dicitur Canticum Canticorum, quum plura sint in Bibliis sacris Exod. 15. Jud. 5. 1. Samuel. 2. καθ' ἐξοχὴν: sic etiam, quum plures sint lamentationes 2. Reg. 1, 18. super mortem Saulis & Jonathanis, super excidium Tyri Ezech. 29, 17. de Juda Maccabæo 1. Maccabæor. 9, 21. his etiam imprimis detur nominis hujus honor, cum sint etiam de calamitate publica & longe maximâ.* קינות.

IV. Qua ratione sit conscriptus liber, *facilius est conjicere, quam dicere. Quum enim tantum operæ impenderit Propheta, ut ad Exemplum Davidis in Psalmis aliorumq;, ut videre est in Psalmo 25. 34. 37. 111. 112. 119. 145. Prov. 31. a v. 10.* ἀκρόστιχα *studiose confecerit in quatuor capitibus prioribus, ut res ipsa melius carmine ac ligata quam soluta oratione describatur, est valde verisimile, hoc esse versus quosdam Hebraicos, de quibus ita scribit Hieronymus Epistol. 115. ad Paulum urbicam. Habes & in Lamentationibus Jeremiæ quatuor alphabeta, e quibus duo prima & ultimum quasi sapphico metro scripta sunt, tertium trimetro scriptum est. Quod si cui videtur incredulum, ait idem præfat. in Job. metra esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græciq; Pindari & Alcæi legat Philonem Josephum. Vide quæ dicta sunt in titulo Psalmi 7. Id tamen certum est, veterem illum modum componendi carmina Hebræa esse hactenus incognitum, quamvis multi frustra in eo declarando sudarint. Hæc affero, ne quis cum nonnullis nimium sedulis interpretibus hîc alia abscondita quærat mysteria, quæ nosse nobis non dabitur. Constans est eorum omnium, quibus cor sapit, sententia, ad excellentiam indicandam & memoriam juvandam esse adhibita illa* ἀκρόστιχα, *quod postea multi alii sunt imitati in aliis linguis, siquidem ut omnia alia, sic etiam poësis suum fundamentum in sacris habet, ut alibi ostenditur. Sic ut nota offeram, Sedulius suum hymnum, A solis ortus cardine, & apud nos cantatur, das güldẽ A. B. C. sic multi jam antea de Psalmo 119. scripserunt, quod sit quoddam sacrum alpha-*

4. Quo modo scriptus.

Ἀκρόστιχα.

Versus Hebraici.

Alphabetum integrum inversu.

alphabethum, in quo discendum, quæ vera felicitas, & quibus contingat. Obiter, ubi incidi in mentionem Alphabeti, indico a Masorethis (videte hominum incredibilem diligentiam, & vel hinc Biblia sacra Hebræa non potuisse corrumpi, firmiter concludite, quum omnes literæ sint ita accuratè numeratæ) esse annotatum ad Ezech. 38, 12. esse 26. versus, in quibus sit Alphabetum integrum Hebræum, etiam hic & Soph. 3, 8. finales. Videantur ipsa loca apud Buxtorf. in Comment. Critico, offendi possunt iis, qui hæc nosse desiderant. Quia autem multi non habent illum librum, juvat hic apponere Exod. 16, 16. Deut. 4, 34. Jos. 23, 13. 2. Reg. 4, 39. & 6, 32. & 7, 8. 2. Chron. 26, 11. Esdr. 7, 28. Nehem. 7, 8. Esth. 3, 13. Eccles. 4, 8. Esa. 5, 25. & 66, 17. Jer. 22, 3. & 32, 29. Ezech. 17, 9. & 38, 12. (ubi & finales) Dan. 2, 45. & 3, 22. Hos. 10, 8. & 13, 2. Amos 9, 13. Soph. 3, 8. (ubi etiam finales) Zach. 6, 11.

5 Quando

De quinto quando sit hic liber factus, *verbo expediam, tempore ex quo occubuit rex optimus Josias. Cetera supra dilui, & infra, si opus est, respondebo.*

6. Quo fine.

Sexto, quo fine & usu nostro *hæc sint jam proponenda ex iis, quæ initio dixi maximam partem constat. Paucis repeto, ut Jeremias hic futuras miserias vaticinatur, instantes & præsentes lamentatur, & oppressos ac afflictos consolatur: sic etiam hodie impendentes & præsentes clades seria pœnitentia evitare studeamus, & firmis Dei promissionibus nos erigamus.*

Libri Jeremiæ tributi.

Sic de libris Jeremiæ pro instituti ratione dictum: nunc addo, longe plura ei tribui, sed quosdam vere, alios falso.

Verè.

Vere attribuitur I. liber Prophetiarum, & II. Threnorum. III. qui in ignem est conjectus Jerem. 36. IV. qui in Euphratem saxo alligato fuit projectus c. 51. V. Emptionis & venditionis, c. 32. unde JCti quædam volunt

Falsò.

probare. Falso I. duo libri Regum, eo, quod caput ultimum cum 2. Reg. 25. congruat. II. historia rerum gestarum in Ægypto 2. Maccab. 2. ubi quidam magno conatu magnas agunt nugas. III. cum Ezechiele Psalmus 65. & solus Ps. 137. IV. Liber Baruch. qua de re Lutherus in præfat. Nunc cum Deo deinceps ad ipsam rem progrediemur.

Argu-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0026
DFG

Argumentum.

QUæ mala jussu DEI Jeremias hinc inde in volumine suarum Prophetiarum futura prædixit, ea nunc morte Iosiæ tanquam reliquarum calamitatum primordio, admonitus quum inevitabilia esse cernat, lugubri carmine deplorat, (quod & ipse futurum â se & aliis asserebat cap. 9. v. 10. 18. 19. 20.) & cum suo, tum suorum popularium piorum nomine graviter conqueritur de misero orbis illius & urbis statu, peccata, quibus illum sibi ex justo DEi judicio attraxerunt, tam publica, quàm privata confitetur, omnes ad seriam resipiscentiam hortatur, iram Dei deprecatur, veniamque delictorum orat ac misericordiam DEI implorat, quam & hactenus modum miseriis statuisse ostendit, & deinceps verè pœnitentibus unicum asylum proponit. Summa.

Analysis.

DE resolutione accurata & methodo hujus Threnodiæ non est quod nimium simus solliciti, quum, uti fieri amat a lugentibus, in tanto malo exaggerando totus sit, idem sæpe aliis atq; aliis verbis, non multum curans accuratum Analysis accurata hic non datur.

Qualiscunque. *tum ordinem, repetat, crebrasq; antitheſes & apoſtopeſes adhibeat. Sunt tamen, qui hanc qualemcunq; ſummam capitum & cohærentiam tradunt. Continetur hoc libro a Jeremia præſcripta Eccleſiæ cum lamentatio tam aperta, & propria de populi & regni Judaici miſeria, c. 1. & 2. quam figurata de Dei hactenus in hoc malo avertendo denegata, & tamen deinceps impetranda miſericordia c. 3. & dialogiſtica de deſtructione templi, fame, aliisq; pœnis. c. 4. tum oratio, quæ habet peccati confeſſionem, & gratiæ Dei implorationem c. 5.*

Cap. 1. *Sed, ut dixi, ubi ſenſum cujusq; verſus verum, & uſum legitimum fuerimus in hoc libello rimati, talia ſuo relinquimus loco. In capite I. duas diverſas velut lamentationes agnoſcimus, priorem a Propheta verſibus 11. poſteriorem ab ipſa terra Judaica velut vidua a v. 11. eſſe editam. Alii partes tres conſtituunt: in c. 1. I. recitantur & deplorantur calamitates. II. recenſentur cauſæ & præcipue Dei juſta ira. III. Oratio reginæ hujus afflictæ habetur.*

Antitheſes. Verſus 1.) *Ut Jeremias probet, cur ita deinceps lamentetur, cauſas ejus ſui facti producit numero plurimas & pondere graviſſimas, easq; per antitheſes crebras (ſiquidem contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt) illuſtrat, ac in univerſum, ubi de pœnis agit, quas deflet, confert cum priore regni Judaici felicitate præſentem ejus miſeriam ac calamitatem, ac in hoc quidem*

Triplex. *verſu ſunt hæc tria, Regni hujus (de quo velut regina, more ſcripturæ loquitur) 1. quondam viſa populi frequentia, 2. potentia, 3. opulentia, quibus nunc merito & cum admiratione opponuntur, 1. ſumma ſolitudo & vaſtitas, 2. maxima infirmitas, 3. extrema paupertas. Interrogatione vero & admiratione attentionem excitat, ac proſopopoeia eleganti, dum regnum fœmina confert, illuſtrat.* Quomodo *nunc* deſidet *(quo verbo & contemtus & mali diuturnitas ſimul indicatur)* ſolitario civitas *antea* amplisſima populo *Luth.* Wie liegt die Stadt ſo wüſte/ die voll Volcks war? *& quomodo ulla ratione nunc ſimilis* facta eſt viduæ? *illa* amplisſima inter gentes, *& quomodo* Princeps inter *omnes* Provincias *facta eſt* tributaria, *quæque*

antea

antea dominabatur splendidè, nunc servit adeo miserè, ut ad tributum pendendum cogatur?

(אוכרה est adverbium cum ה paragogico, & quum infra in hoc uno versu tria reperiuntur Jod paragogica, non omnino absq; causa posita esse credamus, sed ad loquentis affectus & rei magnitudinem indicandam. Id enim non potest satis mirari, qui fiat, quod illa Dei sedes Judæa & Jerosolima ita evertatur, illa, quæ tantum inter reliquas regiones & urbes caput extulit a DEO ornata ut nihil supra. Hæc autem particula quærit tam de modo, quàm de loco, & in elegiis sacris eleganter statim ab initio ponitur, sicut videre est 2. Sam. 1, 18. Jer. 9, 19. Ezech. 29, 17. & infra c. 2. Sedet de voce ישב dictum est Psal. 91, 1. quæ possunt huc accommodari, sedet & jacet dejecta, quæ antea stabat erecta. ברך alias est cum ל, ut בטרם, & utrumq; tum, quia adverbia scit, rectè omnis generis & numeri (quod aliàs masculinum singulare est) nominibus adjungitur ut h.l. fœminino, רבתי Jod esse paragogicum, accentus indicat, & רב tam magnitudinem quam multitudinem denotare, ut non modo multam h.l. notet, sed & validam, alibi sæpe dictum est. צם notat plerumque populum, raro aliam etiam b utorum congregationem. Vide in Joel. 1. unde non facile propria significatio deserenda, quod in loco Esa. 63. observandum est. Vide Exercit. bibl. lib. 1. p. 438. ed. 3. אלמנה notat viduam à R. inus. in Kal. אלם, quæ in Niphal mutus factus est, eo, quod vidua viro quasi capite suo orbata tum cogatur, quum non habeat quicum familiariter domi loquatur, silere, nec possit angere in judicio, imo obmutescat ob dolorem, quo angitur, ubi repetenda est biblica observatio, quod Resp. seu regnum conferatur cum fœmina, ut dictum est pluribus in Exerc. bibl. edit. 3. pag. 339. 344. nunc addo, & si potens est, cum regina potest conferri, & si adhuc nondum fuit subjectum alii externo Domino, virgo, ut Amos 5, 2. est probatum, & si loca biblica modo rectè inspiciantur, regnumq; Israelis ac Judæ (quorum illud longe ante fuit subactum, & proinde virgo esse desiit) distinguatur, facile potest satisfieri Drus. lib. 16. obs. c. 5. Vidua potest dici regio tripliciter 1. destituta rege vel principe, 2. deserta a Deo, qui Ecclesiæ maritus Jer. 3, 1. Hos. 3, 2. 3. civibus & incolis spoliata. Notat quidem ב seu sicut

איכרה

Jod paragogicum.

ישב

ברך

רב

צם

אלמנה

Resp. confertur fœminæ.

Dicitur vidua.

ב

ſicut eſſe additum, tum quia Deus piis reliquis aderat, tum quia non ultra 70. annos erat talis manſura Eccleſia Judaica. Inter gentes *Nomen* גוים *ſæpe quidem notat alios quàm Judæos; unde* גוים *& hi vocant gentes, quicunq; non ſunt ex ipſis, ut Græci omnes reliquas nationes vocabant barbaros. Utriusq; rei indicium eſt hinc inde in Epiſtolis Paulinis. Perpetuum tamen illud non eſt, ut vel ex illo ſolo liquet, faciam te in magnam gentem, in te benedicentur omnes gentes, unde ſe non excludunt Judæi. Verum autem hoc erat, quod dicit hoc loco Jeremias, quia antea David & Salomon multis gentibus finitimis imperabant, ut legere eſt, 2. Sam. 8, & 10. 2. Chron. 18. 1. Reg. 9. & 10. quæ loca inſpiciantur.* מרינה מדינה *proprie ſignificat regionem, in qua multæ urbes, ut notat Kimchi, quid? ſi ubi jus & juſtitia adminiſtratur:* da noch gut Recht iſt. מס *ſignificat tributum, à* מסס *liquefecit, quod, qui ſæpe id pendit, ſua bona velut liquefaciat: ſicut & in* מסרת *poſſumus cum Kybero alludere ad Miſſam (nam vere illa habet nomen ex formula ſolenni, Ite, miſſa eſt) quia tributum quoddam exigunt miſſifici; non autem eſt ἐτυμολογία: ſic Lutherus & alii in Dan. c. 11. 38. 39. DEum* מעוזים *dicunt notare miſſam, eo autem, quo dixi, modo. alias illud vocabulum eam non notat, & aliter ibi uſurpatur. Vide tamen Luth. præfat. germ. in Dan. Bell. l. 3. de Rom. Pontif. cap. 14. lib. 1. de Miſſa c. 1. Talia multa alia ob ſimilitudinem quandam ſolent adduci, in quibus ſunt luſus & alluſiones quædam, non veræ ἐτυμολογίαι. ſic Germanicum noſtrum* Bacchant *quidem a* בחן *Hebræo, id eſt, probavit, rectius autem a Bacchor & bacchantibus deducunt. Vide Exercit. bibl. ed. 3. pag. 837. 838. 839. 840.*

Dei juſtitia. Uſus I. Quomodo) *Miranda merito eſt hominum injuſtitia & DEI juſtitia: conferenda eſt peccatorum atrocitas & pœnarum gravitas, illa vitemus, ut has effugiamus.*

Deus colatur. II. Deſidet) *DEus exaltat & deprimit, in thronum evehit & inde detrahit. Qui itaq; a Deo ſunt evecti, ſtudioſe eum colant & venerentur, ut filii dilecti, ne ad iram ipſe concitetur Pſal. 2, & 82.*

à quo populus. III. Sola, civitas ampla populo) *Ut Deus populum aliquem multiplicat (uti in Iſraelitis videre eſt) ita bello, fame,*

me, peste etiam populosas regiones & urbes facilè incolis evacuat, quod proh dolor hodie experitur Germania.

IV. Similis viduæ) *Quod paterfamilias in domo, id præstat bonus Rex in regno: & ut uxor maritum, ita regnum seu subditi suum observent regem, & pro eo orent.*

V. Amplisima inter gentes) *Si Deus suo populo peccanti non pepercit, nec aliis parcet Rom. 11.*

VI. Quomodo facta est tributaria?) *Sæpe qui sua abutuntur libertate, turpissima divinitus implicantur & premuntur servitute. Ad summam: ut à Deo est omnis regni alicujus gloria, ita ab eo irato est omnis miseria: ut ipse benedicens populo, eum reddit felicem, ita maledicens & pœnas immittens statim efficit infelicem. Notat hic quidem. Jeremiam esse Christi typum deflentis excidium Jerosolymæ Luc. 19. Etiam ita mystice accommodat. Cum Judæa conferatur anima fidelis, Dei templum & sedes, illa quæ erat plena fide & virtutibus, Act. 6. fit sola & deseritur à Deo, si enormiter peccet, & suis velut civibus atq; amicis destituitur i. e. angelis, imperabat vitiis, quæ cum impiis gentibus possunt conferri. Est velut vidua reprobata a Deo suo viro, non eum invocat, & Diabolo tributum velut pendit, dum ei servit, Rom. 6.* Quomodo. Accommodatio.

Vers. 2.) *Quemadmodum fieri consuevit, ubi quis in mala incidit, ut ipse suam miseriam deploret, amici autem pleriq; aufugiant: ita etiam hic porrò notatur prius, quam viduata Juda profundit, lachrymarum maxima copia, & coufœderatorum summa perfidia. Quomodo (quæ particula ὅτι ἐγκωῦ sæpius est hic repetenda, ut Psalm. 32. declaratum est) illa vidua* flendo flet *(geminatio enim auget significationem) continenter & valde lamentatur, non tantum interdiu, sed etiam* de nocte, *quæ aliàs concessa est quieti, quomodo nunc plorat, quæ olim hilaris & læta triumphabat. Et ne quis putet esse fictum hunc dolorem, ut cum mulieres oculos terendo miserè vix unam exprimunt lachrymulam, vide mihi hoc, ita flet, ut* quæque lachrymarum *descendat* in maxillas ejus, *præq; magnitudine & multitudine, in modum guttæ destillet, & in utramq; maxillam exundet. Quomodo exaggeratur fletus à duratione, tempore & copia. Desertio* Summa.

autem ab hominibus (nam derelictio Dei etiam v. 16. describitur) ita depingitur, nullus eam consolatur ex omnibus amatoribus, *quin etiam* omnes amici *ac confœderati* ejus (*confer. v. 19.*) *promissa sua non perficiunt*, perfidè agunt contra eam *longè aliud polliciti* (*Hebræum enim verbum* בגר *non malè Germanicè*

בגר *redderes*, an einem zum Schelm werden. *vide Mal. 2, 11.* (*effecti ejus inimici, quum debebant omnia amicitiæ officia, quibuscunq; modis possunt, ejus commodis officiunt.* Luth. sind ihre Feinde worden/ *qui eam oppugnent, id quod sæpe fieri videmus, ut qui auxilia promiserant, tempore mali non modo aufugiant; verum etiam ad hostes transfugiant, eosq; contra miseros incitent & juvent.*

בכו (ו בכו *pro* ך *ponitur, non tamen nudè credo & sine ulla significatione ob commutabilitatem literarum* אחוי, *sed ut indicetur, legi tum etiam posse* בכו *flete vos, qui hæc auditis, ut excitetur συμπάθεια, quia flet illa, ab quam antea lætam multi lætabantur, quinquies autem ita hunc infinitivum scribi per* ו *pro* ה *notat*

Lachryma. *Masora loca ipsa biblica annotantur, Esa. 30, 19.* רמע & רמעך *metaphoricè notat guttam, quæ etiam vino vel oleo quoq; tribuitur, Exod. 22, 29. proprie lachrymam* מן העין חיורך *in capp. Concordantiarum. ut enim dolore ex oculis lachrymæ, sic prelo exprimuntur illæ guttæ vel torculari.*

Nox. Nocte. *Quidam hic intelligunt noctis nomen metaphoricè pro magna calamitate, quæ summum horrorem incutit, ut nox, cui opponi solet dies, i. e. res prosperæ, Job. 34, 20. 25. Quidam de illa nocte diei noni mensis Julii, quæ diruptis muris fugit Rex Zedekias & urbs capta est 2. Reg. 25. Jer. 52, 7. sed rectius de continuatione per omnem noctem accipiamus, ut in Psal. 6, 7. dictum est. Ut enim meditationi nox libera a strepitu est accommoda Psal. 1, 2. sic etiam luctui, quum liberè tùm flere nullo interpellante liceat. De amicorum verò perfidia dictum est in Obadj. v 7.* לחמך *vero quum h. l. bis extet, sitq; fœmininum, obiter pauciſſimis dicam de vero sensu (non enim jam id ago, ut diver-*

Jer. 33. 16. *sas multas opiniones adducam) loci Jer. 33, 16.* וזה אשר־יקרא לה ירוך צדקנו *sensus est, quem etiam Tremellium D. Gerh. T. 1. habet & D. Helvicus, qui, cum exposuerat, & hic, qui vocavit eam, Jerosolymam puta, ut sit ipsius Ecclesia per verbi prædica-*

dicationem, est Jehova justitia nostra, *puta, quem ita etiam pii vocant, & pro vero Jehova habent, Jer.23,6. addit: Hanc esse veram sententiam & genuinam significationem vocum, nullus unquam Diabolus negabit. Jure puta, aliâ multi; atq; ita uterq; locus probat Christi divinitatem; quia utrobiq; vocatur Jehova non civitas in hoc ultimo loco, ut volunt Photiniani, quibus Piscator & nonnulli infelices conciliatores viam sternunt, q. id nomen obtineret optimo jure, eo quod sit corpus Christi, q. ullo modo hoc fieri posset Deus verus, vel per naturam, vel per unionis gratiam, ut hoc germen Davidis. Vulgatus interpres & multi alii cum eo torquent textum authenticum, qui satis clarus & perspicuus. Locus Ezechielis nihil hunc impugnat, quia Jerosolyma ibi non simpliciter Jehovah, sed* Jehova ibi, *scil. est, ipse verus DEus ibi est, dicetur de illa. Hic est sensus genuinus ejus loci c. 48, 35. quem multi* Ezech. 48. 35. *suis commentationibus magnis potius obscurant, quam explanant, Ut enim verus Jehova ob gratiosam præsentiam dicitur Israelitarum vexillum Exod.17, 15. quando altare ita appellatur, ita h.l. confemt, qui potest, utrumq; locum Jeremiæ, in textu authentico: inveniet longè diversa, quæ tamen ad unum finem tendunt, ut demonstretur, Christum esse verum Deum & nostri justificatorem unicum. In textu etiam Hebræo hic observandum, cum* אהב *quod significat dilexit, &* איב *inimicus fuit, tantum media litera differant, indicari, facilè ex amico posse fieri inimicum, qui postea bis inimicior est,* so ist der Haß zweymal gröſſer als die Liebe. *Vide Amnonis exemplum 2. Sam.13,15.* י *enim significat 10. in* איב, *&* ה *quinq; in* אהב, *bis quinq; vero sunt 10 proinde amico ne nimis fidas, & ita habeas, ut fieri posse inimicum putes.*

אהב
איב

Usus) 1. Quomodo continentur flet nocte) *Qui non vult tempore gratiæ monitus deflere & deprecari sua flagitia, cogitur tempore iræ deplorare & lamentari sua supplicia. Isti flentes beati Matth.5,4. Luc. 6, 21, & 7,38. hi plerumq; desperati Prov.1,28. Es.1, 15. Psal. 18, 42. Job.35, 8.12. quia lacrymæ tales tantum in maxillas descendunt, non ad Deum ascendunt, Syrach. 35,16.19.* Fletus duplex.

II. Nullus amicorum solatur eam) *Dolor augetur, ubi nullus est, qui soletur, Ps.22,12. & 38,12.*

III. Amici ejus facti sunt inimici.)

Amici. Nulla fides unquam miseros elegit amicos. *Quò multa alia egregia dicta ex naturæ luce possunt trahi. Verum enim est.*

Tempore felici multi numerantur amici,
Cum fortunaa perit, nullus amicus erit.

Ezech. 16,37. & 23. 22. Mysticè. *I. Anima in infernum detrusa flet in æterna nocte, diaboli & antea amici in vitiis, nunc sunt ejus inimici in suppliciis. II. Homo ignorans voluntatem Dei in nocte ambulans, nullum habet, qui eum soletur, ubi in malum incidit, nullam lucem videt, deserunt, amici qui fuerunt in nequitia, perditum in miseria, unus potator accusat alium, amatores scorta, & hæc illos vicissim, prædo unus alterum &c. tu me impulisti, invitasti. Illis autem, qui de die ambulant justè & castè Rom.13, 13. in tenebris lux oritur Psal. 112,4.*

Summa. *Versas 3.*) *Quæ hactenus dixit & deflevit, figuratis verbis utens Propheta, eadem nunc repetit paucis propriè: ea vero sunt hæc quatuor, afflictionis magnitudo, servitutis amplitudo,*

Migratio. *solatii denegatio, hostium persecutio. Quomodo* migrat *& deportatur in captivitatem* Juda propter afflictionem, *qua ipsam antea afflixerant hostes, dum eam tandem expugnarunt, & propter* amplitudinem servitutis, *dum prorsus servituti mancipatur, alias enim, quum populus alieno imperio subditur, tolerabilibus conditionibus hoc impetrat, ut tributum pendens in suis sedibus maneat; verum populus Judaicus ut tanto duriori servitute prematur, in Assyriam abducitur. vide v.5. sub finem Luth.* Juda ist gefangen im Elend und schwerem Dienste/ & ipsa *nunc* residens *ac habitans* inter gentes, *quæ erat Dei plebs ac agentibus separata,* non invenit *ullam* quietem *& à dolore & à labore, nam abyssus abyssum invocat, & malum malo contiguum, siquidem omnes* persequentes eam *ac malum ei machinantes aut contra eum molientes, de spe sua non decidunt,* sed assequuntur eam *&, velut ferum venatores concluſam, capiunt & angunt* inter angustias (בין המצרים) *ita ut una hinc, altera illinc circumstent, veluti*

luti si quis inter duas macerias, vel in angiporto non pervio, unde nequit effugere & facile constringitur, deprehendatur.

(*In primo commate admodum variant interpretes. Chaldæus id vult dici, ex pœna talionis, Judam in servitutem abduci, eò quod ejus homines nimis duriter afflixerint viduas & pupillos, nimisq; gravi servitute presserint suos famulos, atq; ita eos migrare propter antegressam crudelitatem suam ipsorum. Verum alii Prophetæ longè graviores causas, nempe idololatriam, fiduciam in exteros reges, &c. assignant. Tremellius non de violenta abductione accipit, sed quod incolæ regni sponte sua diffugerint pertæsi calamitatum. Sed vix admittit hanc explicationem membrum ultimum, verbum Hebræum* ישב & רדף, *quæ si obtineret, esset hic optima allusio in voce* מצרים *ad nomen ipsum* מצרים quænam hic intelligatur.

(נלתה *ut antea urbs viduæ, versu 1. sic nunc regio comparatur fœminæ, ut ibi dictum est: qua de re videndus etiam R. D. Kimchii sub finem 4. capitis Hoseæ ubi ostendit & in singulari, propter unitatem regni, & in plurali ob multitudinem incolarum, & in genere masculino, quia dicitur* עם *& fœminino scripturam loqui, & sæpe in uno versu (ubi se valde torquere solent interpretes, qui hæc ignorant)* עבר עבורה *præcipue tria significat, nempe cultum 1. Dei, quo pertinet, quod Rabbini idololatriam* עבורה זרה *nuncupant. 2. hominis servitutem. 3. agri Psalm. 104, 14. 23. De reliquis verbis Hebræis dictum est in explicatione Psalmorum, unde petantur.* עבר

Usus I. Migrat Juda) *Qui nolunt Deum colere in suis sedibus, coguntur misere vivere in exteris gentibus.* Exilium.

II. Propter servitutem) *Qui abutuntur suo à DEO sibi concesso imperio, coguntur tandem aliis inservire.* Servitus.

III. Non invenit quietem) *Qui in DEo non habet repositam salutem, nusquam invenit quietem, Psal. 62.* Quies.

IV. Qui persequuntur, assequuntur eam) *Qui hostes à Deo armati veniunt, feliciter omnia expediunt. Mystice hæc ita possunt accommodari. Qui homo non vult DEum colere, in Diaboli captivitatem & servitutem trahitur, ubi (quæ sola à Christo datur Matth. 11. 25.) nullam invenit quietem, & si qui à Deo rece-* Diabolo traditus.

recedunt, hos diabolus persequitur, & inter duas macerias securitatis ac desperationis assequitur.

Summa.

Versus 4.) *Duo, quæ statim sub initium deplorabat Jeremias, nunc denuo exaggerat, nempe I. Ecclesiæ devastationem. II. Reig; pub. ac judiciorum sublationem.* Quomodo viæ Sionis lugent, *quæ ducunt per montes, in quibus illa sita, atq; adeo quia sunt angustæ & paucæ, à multis eò tendentibus teri solebant: eæ per metaphoram quandam illustrem dicuntur lugere, sicut & alia inanimata, Amos 1, 2.* Quid verò hoc adeo dolendum, *dicat quis? quia hoc per illud signum simul innuo, quod cultus Dei sit desertus, imò cùm populo sublatus, & proinde omnia luctu plena, unde lætitiæ omnis dator abest, aut ubi non colitur,* eò quod nulli veniant ad statam solennitatem *festorum, maximè illorum trium, quæ omnes oportebat celebrare, Exod 23,14. Deut. 16, 16. Et hæc ad religionem cultumq; divinum spectant: neq; verò jus administratur in statu politico, neq; ulla judicia celebrantur, quæ solebant peragi in portis, in quibus olim curia & munitiones summæ, 2. Sam. 15, 2. & 18,4. & 19, 8. vide quæ dicta in Psal. 9, 14. Obadj. v. 10. Gen. 34. 20. Ruth. 4,1.10.* omnes portæ ejus, *Jerosolymæ, metropoleos regni Judæ,* sunt desolatæ, *ob cultum Dei sublatum,* sacerdotes ejus *sunt suspirantes seu ex intimo corde* gementes, *ob civitatis vastitatem* virgines ejus, *ad quas non minima illius cladis pars pervenit,* sunt mœstæ: *ad summam,* ipsa *tota Jerosolyma* amaritudini est sibi, *luctu contabescit, amarissimo dolore se conficit, omnemq; vitam deinceps sibi fore injucundam & acerbam existimat.*

Viæ lugent.

Solennitas festorum.

Portæ.

צִיּוֹן (דּוּכִי צִיּוֹן *Luth.* die Straſſen gen Zion) *nomen habet iste mons excelsus à voce* צִיּוֹן *quæ notat aridum locum, & duo notat, cum sit typus Ecclesiæ, Psalm. 2,6. quod Ecclesia in his terris velut in siccitate, omnis generis miseriis prematur, quæ tamen studiis & animis suorum civium sit cœlo proxima & excelso loco sita.*

Viæ quomodo lugeant.

Quando viæ lugere dicuntur, quidam non modo id indicari volunt, lugere eos, qui videant nunc solitudinem, quum conferunt priorem frequentiam, verùm etiam, quod gramen produxerint, ut lugentes comam longam, ubi à Castro fallitur, dum vult refellere, quod totonderint de more infideles, non de jure fideles, &c.

(In-

(*In textu Hebræo est peculiaris quædam constructio* באי מועד *quasi dicat, venientes festi, ut apud Latinos, fugitans litium, &c.* מועד *à* יעד *indicere certum locum & tempus: & differt ab* עת *quod est* καιρὸς *tempus oportunum* זמן *tempus certum & destinatum rei cuicunq; præcipuè politicæ Eccles. 3,1.* מועד לכל זמן ועת *rei Ecclesiasticæ, vel ejus, quæ ad gubernationem spectat. Quandoque tamen hæc distinctio non observatur Drus. l. 2. animadver. c. 2. solennitatem, i.e. templum, quomodo putat usurpari Psal. 74. 4. 8. prius tamen præfero, quia est magis tritum.* שוממין *est terminatio Chaldæorum, quia vastatio facta erat operæ eorum.* כהן *notat non modo sacerdotem, verum etiam præfectum regium, satrapam, principem. in exerc. bibl. p. 58. in sacris contra Bell. in Psal. 99, 6. quasi Moses fuisset sacerdos, & Gen. 47, 22. unde solet probari (nam aliàs rem ipsam non disputo) liberos esse sacerdotes ab oneribus & collectis de jure. 1. nondum firmiter est probatum ibi voce* כוהנים *intelligi sacerdotes, quum præsides rectiùs intelligantur ob subjectam materiam. 2. illi sacerdotes erant idolatræ, nisi ex jure naturæ velis argumentari & â minus ad magis, non ut vulgò fit, à pari. 3. non legis vigor, sed regis favor, non statutorum, sed erat peculiaris regis gratia & privilegium, & id tandem hinc potest probari, quod regibus, aliis liceat quosdam excipere.* כהן *ait R. D. Kimchi, notat, ministerium peragere cum magnificentia* ein hohes Amt bedienen. נאנח *est propriè ducere suspirium teste P. D. K. præ anxietate cordis* בתולותיה *quomodo differant illa tertia* בתולה עלמה נערה, *vide Joel 1, 8. 1. ætate & conditione plerumq;* eine junge Dirne *pedisse qua, etiam maritata vel fœmina, quæ viro fuit, Ruth. 2, 5. 6. 2. virginem incorruptam, quam nullus hominum, viro fuisse, potest demonstrare 3. est viripotens, matura viro tam innupta quàm nupta modò. Unde quorundam illa compositio, quod hæc sit* בתולה *cui adhuc signum, quæ sit integra & plane intacta, falsissima esse deprehenditur & augatoria, non absimilis illi: Erasmus quasi eras mus vel errans mus.* נוגות *explicui etiam ex Latino Sophon. 3, 18. ubi de hac voce* נוגי *vide. refutari inde possunt Riberæ aliorumq; nugæ.* מר, *id est, amaritudo, quæ etiam inde nomen habet. Hieronymus*

מועד
עת
זמן

כהן

Gen. 46. 22.

נאנח

נערה
עלמה
בתולה

נוגות

מר

mus tamen non malè notat, quod abstractum hoc loco pro concreto sit positum exaggerationis causâ Hagg. 2. 7.

Festa. *Usus I.* Viæ Sionis lugent, nulli veniunt ad solennitatem) *Quando cultus Dei in aliqua regione vel urbe negligitur, tandem justo Dei judicio, ut neq; illum exercere liceat, affligitur.*

Eversio Reip. *II.* Porræ ejus desolatæ) *Quando a judicibus malè administrantur judicia, a Deo into evertitur tota respublica.*

Sacerdotum dolor. *III.* Sacerdotes ejus suspirant) *Quum ministri verbi nolunt apud peccatores hortationibus suis instare, tandem coguntur & ipsi ob pœnam, quam accelerat ipsorum negligentia & auditorum malitia, suspirare.*

Virgines. *IV.* Virgines ejus mœstæ) *Quum multæ virgines deliciis deditæ non curent admodum pietatem, sentiunt vel inprimis in bellis publicam calamitatem.*

Accommodatio. Mysticè. *Christus via ad arcem cœli luget, ubi paucos frequentare templum videt. Viæ etiam notant diversas vivendi rationes, quæ omnes ducunt ad solennitatem gaudiorum cœlestium, si bonæ & fidei lumine illustratæ nemo enim, cujuscunq; sit conditionis, excluditur, modo non infidelitate retardetur. Portæ justitiæ desolantur, ubi vitia frequentantur. Sic quando impietas grassatur, nulli sunt spirituales sacerdotes offerentes Deo preces 1. Pet. 2. Apoc. 1. nullæ virgines, apoc. 14. 4. hoc est, immaculati, qui hoc mundo se non polluunt.*

Summa. *Vers. 5.*) *Tria solent augere hominum hosti subjectorum dolorem, quando hostes suos florere, Deum ipsum affligere, & liberos abduci vident: illa hic conjunguntur & deplorantur, 1. hostis invadentis terram sanctam felicitas 2. Dei irascentis severitas. 3. Parvulorum captivitas.* Facti sunt hostes ejus in caput, *i. e. evaserunt superiores, hostiumq; potiti illis imperant (quod notat Hebraismus* היו לראש *) ex comminatione legi addita, Deut. 28, 13. 44. jam illi dominantur, cui erant subjecti, vide Psal. 18, 44. & 66, 12.* Inimici ejus tranquillè & prospere agunt, *nullaq; cum miseria conflictantur, commodè & nullo negotio Judæam occupant, nullum passi damnum, quia à Jehova armantur, & idcirco illi sunt elati ac beati,* quia Jehova *justo suo judicio* mœstitiâ afficit

cit illam propter amplitudinem & *multitudinem* defectionem ejus, parvuli ejus abeunt in captivitatem coram hoste, *nulli parcitur, aut sexus, superiori versu, aut ætatis causa hoc versu, & hoc valde auget parentum calamitatem, siquidem* πὲμῷ οἰκηία τὴν μείζω κακὰ ἢ ὥστε ἀναπλαίειν Herodot. lib. 3.

(היו לראש *vide Drus. cent. 1. Misc. c. 1. Buxtorf. l. 2. c. 14. reg. 2. p. 454. ab hoc autem genere loquendi multum differt* בראשם *Mich. 2, 13. ubi vide & exerc. bibl. p. 450. ed. 3. & adde locum insignem, qui illum explicat Amos 6, 7.* בראש גולים *Luth. h. l* schweben empor. *illud Amos* darum sollen sie nun forne an gehen/ unter denen die gefangen weggeführet werden/ *& Mich. 2.* der HErr fornen an/ *vide etiam notas ad Mich. 2. Emphasis vocis* צר *habetur Psal. 3, 2.* שלו *Luth.* Ihren Feinden gehets wol. שלה *à* שלה *quievit, tranquillus fuit, in portu navigat. Inde* שיר *secundina, quod fœtus in ea placidè quiescat, Gen. 49, 10.* הוגר *vulgatus malè, quia, Dominus locutus est super eam, quasi esset* הגר עליו *Luth.* Der HERR macht sie voll Jammers. *De voce* עוללים *Psalm. 8, 3. inde nostrum* Lallen *juxta quosdam, & Græcum* λαλεῖν. Esse in caput, Mich. 2, 13. שלה

Ilsus I. Facti sunt hostes ejus in caput) *Deus judex hunc deprimit & illum evehit Psalm. 75, 8. Et ubi à Deo est defectio, non multo post sequitur subjectio.* Deus evehit.

II. Inimici ejus tranquillè agunt) *Quædam felicitas est à Deo, ad pœnitentiam invitante, quædam pietatem remunerante.* ab eo est felicitas & malum.

III. Jehova mœstitiâ afficit) *Non est malum in civitate, quod non contingat ex Dei voluntate, Amos 3, 6.*

IV. Parvuli ejus abeunt in captivitatem) *Externa mala sæpe totum involvunt posteritatem eorum, qui non reveriti sunt Dei severitatem, Exod. 20, 5.*

(Mysticè. *Verè hostis* ἔχθρὸς *ille Matth. 13. &* שטן, *Zach. 3. fit in caput hominis, quando hic Dei excutit imperium, 2. Timoth. 2, 26. & dum in vitiis homines ei parent, ipse agit tranquille, Luc. 11, 21. & idem Diabolus bonum propositum ac cogitationes velut parvulos statim interficit, ne ad actum vel maturitatem* Diabolus.

perveniant, quo solent multi trahere illam Pharaonis molitionem Exod. 1. qui mares necabat, fœminas vivere sinebat, sic malas cogitationes hic fovet, pias extinguit.)

Summa. *Vers. 6.) Duo sunt hominibus in mundo magnis valdè cara, nempe, quâ sunt ornati, gloria, & quâ sunt armati, potentia. Proinde Judæi hoc ferent longè gravissimè & molestissimè, quod qui utrâq; aliis populis antecellebant, sibi nullum decus, nullum robur*

Filia Sion. *restare cernant, dum ita vicem eorum dolet Jeremias.* Et excedit â filia Sionis, *quæ similis est filiæ parentibus caræ, virgini pulcræ & honoratæ, & illi, quæ adhuc est in ætate florida,* totus decor ejus, *quicquid ornat eam, ut virginem pulcræ vestes, monilia, κειμήλια, &c. vide Ezech. 16, 9. & seqq. hoc explicatum prolixius, in statu Ecclesiastico templum & cultus Dei, in œconomico opes, ædes, in politico autem splendor & potentia regum, quia* sunt principes ejus, *qui antea, quum erant vicinis formidini, leonibus similes,* velut cervi non invenientes pascuum, *sed hinc inde discurrentes famelici, quando à venatore agitantur, sic ipsi duces* abeunt absque virtute *& viribus, quibus se defendant contra hostes,* coram persequente, *sup. v. 3,*

בת *Filia. Hebraicè dicitur* בנרת *quasi* רנרת *unde etiam dageschob extrusum* נ, *si sequantur affixa ut* בתי *in lib. Ruth sæpè. Id nomen habet à* בנרת *ædificavit, quia filius est quasi ædificium quoddam patris, quod videri potest apud Plautum in Mostell. scenâ: Recordatus, &c. Filiam autem Sion Jerosolymam ideo vocari dicunt Hebræi, quod ipsa urbs monti Sion magnam partem subjecta sit, ut filiæ matribus adhærent. vide infra ad c. 2. 1. Sed hoc non valet in reliquis, quando dicitur filia Edom, Babel. Rectius igitur populus in ea accipitur, ut volunt patres quidam & Chaldæus. Rectissimi tamen per similitudinem ita dicitur, ut indicavi.* אולים *notat cervos, vulgatus autem legit* אולים *sine punctis, i.e. arietes, imo suo more à LXX. seu Græca versione errorem hausit cujus autor perperam legit & vertit, ὡς κριοὶ. ex* אור *fit* אולים *ut* זרת זיתים *quod hic non legimus, idcirco discat rectius nomina prius formare, quàm suam versionem conetur probare Jesuita à Castro. Annotat R. Salomo Jarchi & Masora* רורף צורף *nun-*

nunquam scribi cum Vau plenè, nisi h. l. plena & magna persecutio intelligitur.

Usus I. Excedit è filia Sionis decor ejus) *Quando homo Dei dona in se collata non agnoscit, ipse sua bona reposcit, Hos. 2, 5. 6. Ezech. 16, 39.* Deus aufert dona.

II. Sunt Principes ejus ut cervi) *Ut cervi fugiunt coram canibus & venatore, ita principes mali & impii tandem bello implicati fugiunt coram militibus & hoste: illi non subsistunt, sed de latibulo circumspiciunt, neq; hi resistunt, sed in locum tutiorem relictis suis avitis sedibus avolant, idq; propterea sæpè, quod antea crudeliter suis imperarunt, ut leones vel ursi, vel bona aliorum rapuerunt ut lupi, vel in libidine similes fuerunt equis.* Principes impii feris similes.

III. Non invenientes pascuum) *Juxta illud Prophetæ, Es. 33, 1.* Væ tibi qui spolias, nam mox spoliaberis ipse. *Ita multi dum nimium appetunt, etiam suum amittunt.* Canis Æsopicus.

IV. Abeunt absque virtute) *Fortitudo omnis est à Deo, qui aut pios ex gratia, vel etiam impios in peccatores armat ex ira.* Fortitudo.

Mysticè) *Anima fidelis est velut filia Sion, à Deo amata, merito Christi, & virtutibus ornata, toto autem suo illo decore exuitur, quum fide destituitur. Eadem si suæ miseriæ considerationem instituit, ad Deum velut cervus ad aquas anhelat, Psal. 42. sine eo enim non invenit pascuum, Ps 23. & 73. sine eo ab hoste vincitur, cum eo autem eluctatur. Anima est velut sponsa Christi Cantum eo copulatur & unum fit spiritualiter, Ephes. 5. Hos. 2, 19. sed per idololatriam deficit, & fit adultera, hinc toties idololatria adulterio confertur, præcipuè in Hosea, unde multi loci prophetici possunt explicari. huc reliqua de libello repudii, de immunditia, de muneribus, &c.* Anima confertur Sioni.

Versus 7.) *Lugentes sæpe inter se conferunt priorem suam felicitatem & præsentem calamitatem. Ita etiam h. l. à Jerosolyma lugeri ait Propheta I. Rerum optimarum amissionem II. subditorum & incolarum internecionem. III. hostium irrisionem, seu dolet se spoliari, superari, subjugari.* Recordatur Jerosolyma diebus hisce afflictionis & exiliorum suorum omnes

res desiderabiles & *pretiosas*, quæ adfuerunt ei à diebus antiquitatis seu priscis. *Luth.* Wie viel guts sie von alters her gehabt hat! *quando florebat, idq; nunc facit factâ illius beati & hujus miseri status sui collatione*, dum cadit ejus populus manu hostis, & non est, qui auxilium præstet ei, hostes quando eam vident, cessationes seu sabbatha ejus rident: *sabbatha non illa læta in terra sancta, sed illa tristia in terra hostili, quando videbant Judæi omnia illa desiderabilia cessare & deesse sibi, templum, Dei cultum, urbem splendidam, prophetas & similia, quibus antea aliis populis antecellebant.*

ירושלם (ירושלם *antea dicta est Salem, eamq; inhabitabat Jebus, seu Jebusæi, unde compositio nomine appellabatur Jebusalem. Quum autem David eam occupasset, suiq; regni metropolin & arcem constitueret, paululum nomen immutavit, ita ut jam sonet visionem pacis. Dualis numeri terminationem habere creditur, quod alia sit terrena, alia cœlestis seu spiritualis; non perfectè scribitur, nisi quinq; locis, vide Buxt. thes. l. 1. c. 4. circa finem, probabilis conjectura est, fieri id, ut cogitemus, spiritualem in hoc mundo nunquam esse perfectam, & corporalem jam desiisse. Judæi ibidem nugantur, propter hanc deletam esse inde Jod ablatum, quia Jehova inde absit, cujus illa litera prima, existimantq; fore, ut quum Messias ipsorum (ad Calendas sc. Græcas) venerit, Jod omnibus in locis restituatur.*

מרורים *Vox* מרורים *notat rebelliones, sed per metalepsin ob eas sequentia auxilia, ut patet ex loco cognato Esa. 58, 7. atq; ita deducitur à* מרר *rebellavit. Alii autem putant id descendere à* רור *quod in Hiphil notat plangere, & vertunt ploratus, planctus, ut Thren. 3, 19. prius tamen vero videtur similius, & posterius hoc etiam verti rectè potest exilium.*

יד *multa nota apud Hebræos, sæpissimè potentiam & truculentiam, ut Hos. 13 de manu inferni redimam.*

משבת משבת *significat cessationem in genere à* שבת *quievit, unde Sabbathi nomen, ob quietem Dei in creatione hominis, nunc in sanctificatione, & olim in glorificatione,)*

Usus I. Recordatur res suas desiderabiles) *Tum denique homines nostra intelligimus bona, cùm quæ in potestate habuimus, ea amisimus.*

Amissa.

II.

II. Diebus afflictionis) *Afflictionis hæc est utilitas, ut quæ rebus prosperis non animadvertebat bona, rebus adversis rectiùs consideret & appetat. Vide filium prodigum & Jobum c. 29, 1. &c.* Afflictionis utilitas.

III. Quæ adfuerant ei â diebus priscis) *Multæ erant populi Judaici prærogativæ, dum pietati studebat, sed nulla eam liberabat à pœna, quando peccatis se immergebat.* Judæorum prærogativa.

IV. Nullo ferente auxilium] *Quem DEus deserit & oppugnat, hunc creatura liberat.*

V. Rident cessationes ejus :) *Qui nolunt rebus sacris vacare, his DEus otia nimis magna & diuturna facit, dum coguntur exulare.*

Mysticè. *Ecclesia videns multos à fide & pietate deficere dolet, eos q; ad se redire optat. Diaboli autem hostes ejus, quum vident eos, qui antea ex fide faciebant bona opera deficere, rident eos cessare, & ipsi impii cum divite in manum hostis dati recordabuntur rerum carissimarum, quas habuerunt, sed frustra, Sap. 5.* Ecclesia, Diaboli, impii.

Vers. 8.) *Ex peccatis contra scientiam hæc oriuntur, supra est Dei ira, quæ peccatorem ab se rejicit, circà hostium malevolentia, quæ ignominia afficit, intrà conscientiæ morsus, qui cor dolore conficit. Hæc tria etiam Jerosolyma, ubi graviter peccavit, experiri necesse habuit : Illam Deus à se separat, inimicus pro nihilo reputat, & ipsa se dolore macerat.* Peccatum peccavit, *hoc est graviter, admodum peccavit,* Jerosolyma, idcirco in separatam propter immunditiem fuit, *propterea, tanquam esset immunda, fluxu sanguinis, est ipsa à spirituali suo conjuge, Deo nimirum, abjecta, Levit. 15, 19. 22. Luth.* Jerusalem hat sich versündiget/ darum muß sie sein wie ein unrein Weib/ omnes, qui honore eam antea afficiebant, nunc vilipendunt eam, quia viderunt nuditatem ejus, *quibus solebat imperare, ab eis auxilia tandem voluit implorare, atq; ita derisa est meritò, ab iis, qui cupiebant eam perditam. Scriptura autem, quando populus Dei Deo relicto hominum opem implorat, vocat scortari, & tales confœderatores amatores, quibus ille populus se velut nudum prostituat.* Peccatorum grandium effectus. Scortari scripturaliter.

vide

vide saltem Hos. 2. & 8. Etiam ipsa *conscia sibi, se Deo relicto ad illicita confugisse media, & spe sua turpiter decidisse,* gemit, & avertit se retrorsum, *ut quæ pudore operta non audet prodire in conspectum honestorum hominum, aut prioris mariti, à quo defecit.*

Reperitio. הטא הטאת *omnis vel literæ, vel syllaba, vel vocabuli, vel versus repetitio habet emphasin tàm in bonum, quàm malum auget significationem. Talis phrasis etiam in latio, & similes multæ: cœnare cœnam, cogitare cogitationes, donare donum, errare errorem, furere furorem, metuere metum, nocere noxam, ridere risum, servire servitium, sequi sectam, &c. & multa alia sunt etiam in Græcis, ut notat Rittershusius ad Oppianum l. 4. Hoc loco verte,* Jerusalem hat sich sehr und gröblich versündiget. *Græci* ἁμαρτίαν ἥμαρτεν נרח *à* נרה, *in piel, elongavit, Amos 6. notat immunditiem, quæ procul amoveri debet, Levit. 12. 15. 18. capp. ut impuritas sanguinis menstrui, de quo ibidem sermo. Alii à* נור, *i.e. movit, derivant, sunt, qui à* נרד, *& capitis motionem eam intelligunt, quâ aliis irridentes ludibrii ergo utuntur. Collatio tamen locorum magis confirmat priorem explicationem in hoc & sequenti versu, & 17. hujus capitis. Vulgatus autem habet, propterea instabilis facta est, ex LXX. errore traducto,* Διὰ τοῦτο εἰς σάλον ἐγένετο, *ideoq; Jesuita à Castro deserit hic vulgatum interpretem propter sequentem phrasin, in qua* ערוה, *de qua alibi & præcipue in capite 18. Levit. Hæc autem nuditas in devastatione maximè visa est, quando omnibus nudata bonis etiam ab aliis deridebatur. confer locum Hos. 2. 10. Nahum. 3. 5 Ezech. 16, 37.*

נרח

Idololatria. *Usus I.* Peccatum peccavit Jerosolyma) *Peccatorum gravissimum est Idololatria, ejusq; pœna severissima, quia meretur abjectionem.*

Ignominia. *II* Omnes qui honore afficiebant eam, vili pendunt eam) *in quem DEus contemtum effundit, hunc nemo magni pendit.*

III. Avertit se retrorsum) *Ut Deus morte afficit quò in vitam revocet, ut dolorem immittit, quò soletur & exhilaret. Ita etiam*

etiam sæpe obruit ignominiâ, ut post conversionem afficiat gloria, Ps. 83, 17. & 73, 24.

Mysticè. *Homines vel suis peccatis fœdati (magna enim & atrocia flagitia sanguinis nomine quandoq; veniunt) vel propriis meritis turgidi, sunt in Dei conspectu velut sanguine conspurcata fœmina Esa. 64, 6. & utrique magnum perpetrant peccatum, illi ex nequitia, hi ex hypocrisi. Sed utrorumq; etiam finis est ignominia, Rom. 6, Phil. 3. & Exemplum est Luc. 18. v. 11. 14. & & omnes tandem in extremo judicio vident nuditatem eorum, quia veste justitiæ à Christo non sunt obtecti 2. Cor. 5. Apoc 3. 18. & tum illa congregatio impiorum gemens convertetur à facie Dei in infernum Matth. 7. & 25. ut enim qui Christum erant capturi Joh. 18. una voce territi cadunt retrorsum; ita omnes impii in judicio non stabunt, Psalm. 1, 6.* Improbi hypocritæ.

Versus 9.) *Ubi fere desperata est hominum malitia, Deus punit ex justitia, qua adducti multi DEum invocant in pœnitentia, quæ tria in hoc versu cernere est ubi declaratur. I. Jerosolymæ in peccatis severa administratio, III. Vera jam afflictæ seq; miseram esse agnoscentis invocatio. Ut enim impudentissimi scorti est sanguinem, quo pollutum id est, ostentare, ita* immundicia ejus est in fimbriis ejus, *in peccatis se jactitat, eaq; publicè ac sine ullo metu perpetrat, & quidem ab omni parte, in omni loco,* non recordatur finem suum, *non reputans; quem finem sit habitura tanta impietas, nempè durissimam castigationem, quod si de fine cogitaret, non ita præfractè peccaret, vulgato interprete & Luthero verba Hebræa reddi, quâm cum aliis aliter) nam mox* descendet *secundum* mirabilia, *id est, mirabiliter decrescet & velut de arce decoris sui ac gradu dignitatis suæ dejicitur quemadmodum etiam eventus docuit regnum Judæ à morte Josiæ continuis cladibus esse labefactatum, & istud decretum nemo prohibebit,* quia nullus consolator ipsi est, *nullus, qui arte vel potentia eam sublevet, aut ruentem suffulciat nihilq; aliud restat, nihilq; aliud Deus expectat, quàm ut ipsa suum damnum deplorans ita oret:* Respice ô Jehova afflictionem meam, *id est, scripturæ stylo, quæ DEum tùm dicit videre miseriam, ubi ex ea liberat, Exod. 3, 7. Psal. 31, 8. Actor. 7, 34.* quia inimicus magni facit se, *& verbis mihi illudendo, & factis* Summa. DEUS quomodo videat miseriam.

Ctis me lædendo. Lutherus: Der Feind pranget ſehr. *Vide Obadj. v. 12. Sophon. 2, 8. Hoc igitur queror Jeroſolyma, tuq; DEus attende, quod inimicus ſua, non tua (uti revera ſe res habet) vir-*

טמאה *tute me dejecerit, imò veriùs hoc ſaltem falſo jactitet,* טמאה *notat quamvis immunditiem à R.* טמא *polluit ſe, immundus,*

פלאום *impurus fuit. Quod autem Tremellius intelligit immunditiæ mercedem, nondum eſt probatum idoneo exemplo.* פלאום *nomen adverbia ſcit, & plurale habet emphaſin, deſcendit cum mirabilibus, imo multorum admirationibus, qui nequeunt rationem,*

את notat accuſativi. *quâ ita deſcenderit, inveſtigare, ideoq; miranter.* ארץ ענין *Hæc particula plerumque eſt nota accuſativi & ſic Geneſ. 4, 1. de quo vide Deſiderium matris Evæ Dn. D. Helvici p. m. ſed aliàs, & præcipue*

etiam ablativi. *cum verbis neutris, etiam activis, quando talia adjunguntur, quæ in accuſativo verti nequeunt Geneſ. 37, 2. Pſ. 78, 8. Exod. 1, 1. Gen. 26, 8. Soph. 1, 3. nota eſt ablativi. Ideoq; illa plerorumq; diſtinctio, quod* ארץ *cum verbo neutro tantum ſignificet ablativum, falſa eſt, & Tremellius & Druſius refutari inde non poſſunt. Alia autem fundamenta vide loco citato. Sed hæc noſtra phraſis eſt per-*

2Sam. 16, 12. *ſpicua* את עניי *, quam non confundamus cum 2. Samuel. 16, 12.* וראה יי בעיני *, quod cum non intelligerent, verterunt in afflictione mea* בעניי. *Sic vulg. Galat. Luth. etiam & Tremellius, ſed tum eſſet textus corruptus, dicimus igitur eſſe meton. reſpiciet oculum, i.e. lacrymas meas, vide 2. Samuel. 15. 30. ſic Chaldæa paraphraſis optimè, forſan revelabitur comm Domino lachryma oculi mei. Si quis nova mavult, neq; hoc ei placet, dicat quis eſſe purum putum Arabicum* בעוני *& formatione & ſignificatione, reſpiciet in auxilium meum. Talia multa in ſcriptura ſunt, ut poſterum cum Deo monſtrabunt alii. Hic tamen prius illud magis probo.*

Uſus I. Immundicia ejus in fimbriis) *Ut morbus mulieris per ſignum hîc poſitum innoteſcit: ſic per pœnam peccata ipſa revelantur, Jer. 13, 22.*

Reſpice finem. *II.* Non recordata eſt finem ſuum) *Qui finem ſuum cogitat, non facile peccat, idq; ut poſſint Dei ope adjuti, pii rogant Pſal. 90, 12. & 101, 2. Eccl. 11, 8.*

III.

III. Descendit mirabiliter) *Qui faciunt nequiter,* Degradatio.
degradantur mirabiliter Psal.52.

IV. Respice Jehova afflictionem meam) *Qui oratione*m *rebus secundis sæpe neglexerunt; rebus adversis submissam* orationem *fuderunt Esa.19,22. & 26,16 Jer 31,18. 19.*

Mysticè. *Tum maximè peccat & punitur Ecclesia, quando* Pedes Ecclesiæ.
est immundicia in pedibus ejus, id est, verbi divini ministris. Nah. 1,15. Rom. 10. & 16.20. Eph. 6,15. tum enim reliqui non commonefiunt finis sui in morte, & extremo judicio, æterno supplicio, tum etiam Ecclesia illa spiritualis regina mirabiliter decrescit, quum nemo est, qui hortetur vel soletur, tum Deum pia & vera ejus membra invocant, ut ipse respiciat tantam miseriam, & liberet se à tanta immundicia.

Versus 10.) Tria homines pii, ubi à Deo abierunt ma- Tria
ximè diligunt, suæ possessionis stabilitatem, suæ regionis firmitatem, amantur.
& religionis puritatem. Ideoq; vicem Jerosolymæ dolens Jeremi- & deplo-
as meritò luget & tria 1. rerum preciosarum ablationem, 2. terræ rantur.
occupationem, 3. religionis confusionem. Non enim tantum magnificè se hostis ejus jactat, verùm etiam pro libitu eam, ejusq; bona tractat, manum suam expandit *& extendit* hostis Expandere manum
(qua phrasi notatur h. l. inexplebilis avaritia & crudelitas, metaphoraq; desumitur à carnivoris feris & volucribus. Ilt enim leo, lupus, ursus esuriens rictum, aquila, vultur ungues pandunt ad comprehendendum & dilacerandum: ita hostis avarus & crudelis) ad omnes res desiderabiles ipsius, *Lutherus* an alle ihre Kleinot/ imò *Heb.* בי videt gentes *seu Chaldæos ingredi & occupare non modo terram ipsius sanctam, quæ sanctuarium vocatur Exod.15,17. verùm etiam postea ingredi ipsum* sanctuarium, *templum & sanctum sanctorum, ut id planè destruant,* de quo *tamen tu* præcepisti ei, ne adveniant *gentes illæ profanæ* in congregationem tecum, *Deut.23,3. Confer Act.21,28. cernit Jerosolymæos rerum potiri, quibus ne minima administratio publica in populo Dei erat committenda, & templo jam combusto, cultibus sacris & conventibus publicis sublatis nil aliud, quàm religionis confusionem metuendam esse.*

(Manum suam expandit, *alludens ad animalia feræ,*

Impii bruris pejores.

id indicat, homines impios brutis esse plerumq; non similes modò, sed longè pejores Psal. 10. Habac. 1, 5. L. C. 2.

כי

Notat certè.

Ad hanc vocem, quam plerique putant esse ratiocinativam, valde se torquent multi, sed sine causa, quum sæpe sit particula asseverandi, sicut inde etiam ὅτι *in N. T. præsertim apud Johannem, ubi ferè nihil frequentius. Sic Es. 7, 9. non item 29, 16. sed vide alia ad Hoseam hinc inde.*

קהל

est generale nomen, notat quamvis concionem, etiam maleficorum, etiam profanam in foro Num. 20. 4. Psal. 26, 5. Act. 19. 32. 39. 40. Inde nonnulli καλεῖν derivant per syncopen.)

Bona corporalia:

Usus I. Manum pandit hostis ad res desiderabiles) *Qui opes à Deo datas non rectè ad Dei gloriam, proximi indigentis utilitatem volunt conferre (quod etiam sæpe Israelitis objicitur apud Prophetas) tandem coguntur eum diem videre, qui cernant hostes illas auferre.*

Templũ.

II. Videt gentes ingredi sanctuarium) *Quando Ecclesiæ cives nolunt templum frequentare, hostes à Deo permittuntur id occupare.*

Conjunctio cum impiis.

III. Ne adveniat in congregationem tibi) *Cum omnis alia confœderatio & conjunctio nimia cum impiis est, cùm maximè illa, quæ includit religionem, est prohibita.*

Homo fit spelunca latronum.

Mysticè) *Quum homo à fide deficit, Diabolus hostis ejus omnia bona, quæ in eo sunt reliqua, abripit, & cordi, quod antea erat Dei templum, pravas cogitationes immittit, altare, in quo precum thymiama accendebatur, Psal. 141, 2. diruit, candelabrum luminis in mente evertit, mensam in qua Deo panes proponebantur jugiter, hoc est, voluntatem probam cum affectibus domitis, removet, atq; ita ex sanctuario facit speluncam spiritualium latronum, in qua nil reperitur, quod Deo vel angelis sit desiderabile.*

Fames duplex.

Vers. 11.) Ut duo genera panis & aquæ scriptura proponit, unum corporale, alterum spirituale Johann. 4. & 6. ita etiam duorum generum famis meminit, & quidem Spiritualis, veleſt cum legitimo cibi supra cœlestis appetitu & bona Matth 5. 6. vel tantùm erronea, hypocritica & mala, Amos 8, 11. 12. Ubi nota contra Calv.

Obj.

Si DEus immittit est autor peccati.

R.

Alii, verba in Hiphil significare

ficare etiam permissivè, sed id solùm non sufficit, quia ob justitiam verbum adimit 2. Thes. 2, v. 10. ἀνθ' ὧν, *hic autem distingue pœnam & culpam, illa justa est, nempe qui nolunt audire verbum, ut illis adimatur, & hinc fames sequitur, hæc injusta & mala in malis & ob malum modum. Sit exemplum, in ipsa hac annonæ caritate DEus tollit panem, pii agnoscunt se peccasse rogant Deum, orant, laborant, atq; ita justo modo famem sedant; mali panem desiderant, sed Deum non invocant, ad malas artes confugiunt, dolos, furta, rapinas. Illud est à Deo & fames: at auri sacra fames non item, hinc etiam intelligis, quomodo nostri rectè probent inde studium audiendi verbi pædagogicum. Illud autem est duplex, bonum ad verum finem per justa media: malum contra ad alium finem per illegitima media. Jerosolyma priorem in omnibus civibus suis, posteriorem eamq; bonam, quam seriis gemitibus & votis testatam facit, in paucis piis reliquiis ostendit, qua de re hæc sonant.*

לחם

Totus populus ejus gemunt *tempore obsidionis, & aliàs* quærentes *in annonæ caritate* panem, *quæ vox apud Hebræos, Chaldæos & Arabes omnia ad vitam sustendandam necessaria, notat præcipuè autem ea, quæ edimus, & proinde etiam carnem denotat Gen. 3, 9. Matth. 6, 11. & 15, 2. Luc. 14 1. Psal. 102, 5. Dan. 5, 1. Genes. 41, 31. 32. Jud. 13, 16. 1. Sam. 28, 20. Confer Lev. 3, 11. Num. 28, 2. Joh. 6, 7. Soph. 1, 17. Mal. 1, 7. Marc. 3, 2. Lev. 21, 6. 7. Hos. 9, 4. Eccles. 10, 19. Job. 20, 14.* exponunt res suas desiderabiles pro cibo, *non quidem ut ad satietatem vescantur, sed tantum* restituendam animam *famelicam, sic infra v. 16. & 19. i. e. ad reficiendum se, confer. 1. Sam. 30, 12. Jer. 38, 9. & 52, 6. Ps. 23, 3. Hos. 14, 7. p. 492. Quæ sanè est magna miseria, quam ego ô Deus, tuus Propheta abs te illuminatus prævideo & prædico: Ipsa autem in hanc precationem incumbit:* Respice Jehova, *qui avertisti faciem, id est, ad me oculos tuos & aures converte,* intuere, *me* esse admodum vilem, vilique pendi, schaue wie schnöde ich worden bin.

Restituere animam.

כל

(כל *significat omnis & totus: illud, cùm universalitatem notat; hoc, quando significat integritatem, ut notarunt jam pridem alii ad 2. Tim. 3, 16. hinc* πᾶς & ὅλος *in N. T. sæpissimè confunduntur hactenus, ut unum pro altero ponatur, sicut & omnis*

בקש & *totus in Latino.* *De verbo* בקש *dictum est Mal. 3,1. Ps. 4,3. Reficere se vocant Hebræi eleganter* השיב נפש *facere ut revertatur anima, in corpus & ejus membra, unde jam abitum moliebatur, ut* השיב *apparet in deliquio animi.* *De verbo* ראה & הביט *dictum est Ps. 10,13. actum non agam* זוללות, זולל *significat vilem esse, Psal.* זלות *12,9.* ברום זלותם *quum extolluntur vilia, quum ad rerum gubernacula evehuntur homines viles & nihili per gratiam & favorem, qui nihil sciunt, neq; æquum probant.* זלל *cognata R. unde* זולל *commessator, Epulo. Conjungamus & dicamus & illos sæpe evehi in quibusdam aulis, qui optimè possunt heluari, commessari, cætera viles ac plebei, hîc strenui ac Principes, imô heroes, & Jerosolymam hîc innuere, sibi etiam propterea hanc penuriam accidere, quod antea fuit commessatrix. Vide Amos 6, 9. Unde illa vilitas, ut in filio prodigo videre est, Luc. 15. qui multos reliquit fratres. Ubi enim antecedit ebrietas, ibi sequitur apud Deum & homines pios vilitas.*

Luxuria. *Usus I.* Populus gemunt quærentes panem.) *Qui donis Dei datis ad vitæ necessariam sustentationem, honestamque recreationem, abutuntur ad luxuriam, coguntur tandem experiri magnam penuriam.*

Ebrius. *II.* Respice Jehova, me esse vilem.) *Homo ebrietati deditus nullo demum honore est præditus.*

Mysticè. *Illa fames omnium est miserrima, quando sentitur defectus, & tamen non quæritur Deus, qui solus illum potest supplere. Videre hoc est in omnibus desperantibus & hypocritis simulantibus. Verè autem vilis est illa anima, quæ, ubi exposuit Diabolo omnes res suas desiderabiles ac pretiosas à Deo datas, ut tantùm feliciter viveret in hoc mundo, in honoribus, amoribus, delitiis, divitiis, tantum curat terrestria.*

Vers. 12.) *Ea est naturæ humanæ pravitas, ut quo malo se quis implicatum sentit, eodem plures alios velit opprimi, & sic dolet 1. aliorum prosperitatem, 2. suam adversitatem. Idipsum in hoc versu Jerosolyma comprobat, ubi ipsa misera graviterq; pressa, & veluti denudata ac catenis vincta in theatrum producitur, ut alii ejus exemplo discant vitare peccata similia, & ipsa tàm tristi spectaculo mo-*

monita cogitet de seriò agenda pœnitentia. Nihil ad vos, ô omnes transeuntes viam seu viatores, die ihr fürüber gehet/ *Jorem. 22,8. putatis, nihil hoc ad vos attinere quicquam, quod ego tàm duriter affligar, idq; etiam quodammodo doleo: Verum id me beat (si & quantum licet ex aliorum malis gaudere) quod cum sitis mecum in eadem culpa, abesse non possit per Dei justitiam, quin eadem affligamini pœnâ. Atq; ita illa varia lectio (quæ hic nulla, ut putat à Castro) imò potiùs varia explicatio hactenus aliquomodo potest conciliari, si illud* הלא *pro* לוא *accipiamus & ex contrario exponamus. h.m. Nonne ad vos hoc spectat? omnino, ita sequitur illud, quod est apud Lutherum:* Euch sage ich/ *& apud vulgatum interpretum, ô vos omnes,* intuemini & videte, num sit *plaga & ex ea* dolor par dolori meo, *qui mihi non ab hominibus, sed ex Dei manu* est factus *& illatus, Esa 18,2. Ezech, 5,8. Dan. 9, 12.* quo afficit me Jehova in die æstus iræ suæ, *quod etiam rectè ita rdddit Lutherus, malè autem vulgatus interpres Latinus.*

Nihil ad vos ô viatores.

הלא pro לא

Alii legunt quidem nobiscum, sed hoc putant dici, ne ad vos pertingat hoc tantum malum, Deus prohibeat ne ita affligamini, ut ego. Potius autem videtur esse excitantis, quàm desperantis. Alius Jesuita putat legi debere לוא *utinam ô vos omnes, scilicet percipiatis mea vota, sed tum non esset* אליכם, *sed* אם *aliàs* אתם *si, hoc loco num. vide Joel. 1,2. p. 15. sic apud Comicum reperias, Visum, si domi est. Kimchi ita scribit: Notat hæc particula 1. conditionem, 2. interrogationem 3. etiamsi, si vel maxime, 4. quando, 5. notat assevcrationem, 6. in juramentis est usitata per ellipsin. Confer in Hos. c 12. v. 12. pag. 415. 416. sic* עלי לי *vertit, vindemiavit me.* דוגר *locutus est, ut supra; utrumq; est falsum & malè à Jesuita defenditur prius, quod synecdochice genus sumitur pro specie in textu de vocibus* חרון אף & *Psal. 2. & 6. hic autem est periphrasis iræ magnæ metaphorica per* ἀνθρωποπάθειαν.

לוא

אם

varia notat.

Usus I. Nihil ad vos ô viatores.) *Plerig; homines nihil ad se pertinere putant aliorum excidium, quum tamen nisi agant pœnitentiam, ipsis sit similiter pereundum Luc. 13,3.5. vide 1. Cor. 10,6.11.*

Exemplorum usus.

II.

A DEO evecti magis afflicti.

II. An sit dolor par dolori meo?) *Quò quis à Deo magis est evectus, si Deum nefariè offendit, eò magis dejicitur Matth. 11. 23. & quantum quis est luxuriatus, tantum ei datur tormentorum, Apoc. 18, 7. Sapient. 6, 6. magis etiam servus, qui voluntatem Domini cognovit, vapulat, quam qui eam ignorat, Luc. 12, 47. 48. Quæ omnia ubi perpendimus, facile, cur præ reliquis sit afflicta Jerosolyma, conjecturam capere, & ad nostros homines applicare possumus.*

III. Die æstus iræ suæ) *Tarde quidem ad iram procedit DEUS, sed graviter tandem punit corrigi nescios.*

Accommodantur hæc damnatis.

Mysticè *Primùm rectiùs hæc possumus accommodare damnatis in inferno, ut de divite Epulone constat Luc. 16. & ita Phlegyas 6. Æneid. introducitur. Discite justitiam moniti. Ut moneant, ne alii eò veniant, sed considerent, num sit ullus dolor similis pœnæ inferni, rectiùs inquam, ac in multis picturis pontificiis, ubi Salvatori hæc verba asscribi solent.*

De Salvatore non sonant.

Res est vera, sed hic ne gry quidem, sit illud vobis monitionis loco, videndum, num recte citetur, quia multi postillatores illa habent in exordiis concionum de passione.

Ecclesiæ cives viatores.

Patres quidam Ecclesiæ tribuunt deploranti suorum defectionem: sed nec illud potest hinc probari, nisi ita velis accommodare, quod hortetur suos viatores, ne mundo adhæreant. Hactenus rectè, quia vita hæc est via, & Ecclesiæ cives peregrini Gen. 47. Psal. 39. Hebr. 13. & illa cum piis maximè castigatur. Et solus ille dolor, qui oritur ex afflictione, quando homo agit pœnitentiam, est ad salutem 2. Cor. 7, 10. 11. omnis alius dolor frustraneus, quia per illum non amissos honores recuperas, non divitias perditas restituis, non conjugem, liberos, amicos in vitam revocas: sed hoc dolore à peccato ad justitiam (fides enim non abest) à morte ad vitam pervenis.

Ubivis. & jugiter Fulmen.

Vers. 13.) Probat ulterius, quod dixit versu præcedente, non esse ullum dolorem, qui cum suo possit conferri, siquidem ex omni loco ingruit, & omni tempore premit. De loco per μεσμὸν demonstrat, supra se esse ignem emissum ex cœlo, infra se rete expansum in solo. circa se exterius desolationem, intra se languorem, eaq; omni die, quomodo exaggeratur à tempore. Ut enim ignis cœlitus immissus seu fulmen omnia velocissime penetrat, & quæ tangit,

tangit, comburit, ita Dei ira est ignis consumens, quod Jerosolyma suo exemplo testatur, hic conquerens: E sublimi *seu alto cœlo* immittit *DEus iratus, ex præcedente versu,* ignem, *non in ædes aut cutim, sed in ipsa* ossa mea, cui *igni* dominatur *& præest ipse DEus, non homines seu hostes, ut putant,* expandit etiam retè pedibus meis, *neq; frustra, sed captam me & irretitam* evertit retrorsum, *ut fera, quando omni vi conatur effugere & reti ex improviso implicatur, retro agitur & in terram recidit, sic Deus etiam me rejicit à se, quando ad ipsum confugio, aversatur preces, & ex cœlo, quo suspiriis meis ascendi, in terram dejicit, non curans mea vota: Infra c. 2,1.* Rete *enim in scriptura sæpè notat malum improvisum & inevitabile Psal.25,15. & 9,16. & 10,9. Hos.5, 1. & 7, 12. Tantopere verò afflictam* reddit me desolatam & omni die languidam, דוה *propriè eo modo languentem, quo mulier post partum, vel quando patitur menstrua, Lev.20,18. Esa.30,22. Respicit autem adv.8. & 9.* Rete. דוה

רום *altus fuit, quò respicit Hieronymus, quando scribit, quod caput mundi, apud Hebræos nomen ab altitudine, apud Græcos à robore habeat. Hinc* מרום *excelsum & κατ' ἐξοχὴν, quia cœlo nihil altius, pro cœlo ipso ponitur. Confer locaPsal.68, 18.* עליתה למתום *Eph. 4, 8.* ἀναβὰς εἰς ὕψος *& v. 10.* ἀναβὰς ὑπὲρ πάντων τῶν οὐρανῶν. בעצמותו. עצם *significat os à robore sic dictum, quin etiam corpus & substantiam, quomodo h'. quicquid est in homine virtutis, sublatum intelligis, quando audis immisit Deus ignem in ossa mea* וירדנה. *Varietas hîc fingitur lectionis. Quum enim vulgata habeat, & erudivit me, olim legisse creditur (licet falsò, suo more)* יורנה. *LXX. autem* יוירודנה κατήγαγεν αὐτό. *Lutherus rectè vertit:* Hat dasselbige lassen walten/ *est enim à* רדה *dominatus est, non à* ירד *vel* ירה *in textu autem sunt Rythmi* רגלי עצמותי, השובני נחננו. *De reliquis jam antea. Adde de voce Ignis. Præter significationem illam propriam vocis ignis pro igne naturali, reliquæ metaphoricæ possunt huc referri, ut sit ignis gratiæ aut iræ. Gratiæ tum notat Christi providentiam, Ap. 5.14. Spir. S. efficaciam Matth. 3, 11. tam in verbo, Luc.12,49. quàm olim in sacrificiis Gen. 4. & 15.* quid *huc etiam ignis probationis & afflictionis. Iræ tum notat fulmen* ignis? Ignis. Luc.12,49 vel

רום

רים

כרום

עצם

1. vel consumtionem vel inferni combustionem. De reliquis nil dico
Luc. 12,49. πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνή-
2. φθη. Alii simpliciter intelligunt dissidia, sed minus rectè: propterea enim Christus non venit. Alii verbi prædicationem: illi rectè, sed non sufficienter. Alii Spiritum Sanctum, qui in forma
3. ignis datus Apostolis Actor. 2,3. & huc trahunt quidam, quod dicat βαλεῖν εἰς τὴν γῆν & Syri illud ארמא projiciam. Ita enim est, hoc igne cœlitus demisso secuta est Evangelii prædicatio, & per accidens dissidia. Ut enim ignis homogenea congregat, heterogenea disgregat, id quod norunt aurifabri, ita Spiritus Sancti doctrina pios unit, & malos segregat, & quid volo, εἰ ἤδη pro ὅπως, quod nec Syrus abnuit, & interpretes constanter vertunt. Quid si verò, si jam accensus est, puta ratione principii in cordibus Apostolorum, ut sit elliptica locutio, qualis in votis, quid volo, si jam ardet in illis Spiritus Sancti illuminatio, ut in toto orbe per ipsos splendeat. Potest inquiri, εἰ pro ὅτι, tum de ipso decreto & mox subsecuturo, huc inclinat abbreviator Bezæ. Exemplum Marc. 15, 44. εἰ, ἤδη τέθνηκε. Si esset conjunctivus pro εἴθε mallem. sed inquiratur, ut dixit; si legeretur ἤ, ut vulgata, res esset planior, aut si legeretur, ut Beza conjicit, non probat, ἀνάφθῃ: hic Deus voluit occurrere satietati, ut quæramus, dicente Augustino.

Dei manus. *Ustus I.* E sublimi immittit ignem:)

Quis nescit longas numinis esse manus?

Certè effugere eas nemo potest, Psal. 139,10. Amos 9,2. 3,4. Et si ille super nos regnat, quis ei se impune opponat?

Dei providentia. *II.* Pandit rete pedibus meis) *Deus est, qui permittit nos malorum technis impediri & capi, vel nos tutos ab insidiis præstat, Psal. 141,9.10.*

A Deo valetudo. *III.* Reddit me desolatam & languidam.) *Deus homines confirmat & infirmat, ab illo valetudo omnis nostra pendet, idcirco ad ipsum omnis nostra precatio pro illa tendat.*

Sp. S. hic non dicitur ignis. Mysticè. *Ut superior versus malè Christo attribuitur, sic etiam hic de Spiritu S. malè explicatur, quod sit ille ignis de cœlo missus in ossa Christi, id est, fortes Christi ministros seu Apostolos,*

id

idq; tam est absurdum, ut hos relinquat Jesuita noster, qui dicit, melius exponi de igne afflictionis. Diabolus est ille infernalis auceps & venator, Psal. 91. qui ponit pedibus piorum, id est, ipsis in operibus vocationis strenuè pergentibus rete, quo transversus obripiat, vel irretiat. Satanæ retia.

Vers. 14.) Quatuor similitudinis gravitatem iræ divinæ & afflictionis, qua premitur Jerosolyma, exaggerat quarum I. ab ignis immissione. II. ab illaqueatione, superiori III. à jugi impositione, hoc versu. IV. à torcularis calcatione v. seq. Ad jugum quod spectat, causas recensetⁱ; primò meritorum, quæ iniquitas & malitia: secundo efficientem, quæ est Dei dextra & justitia: tertiò materiam, quæ sunt multæ plagæ aggravantes collum: quarto finem, ut homo informatus de sanitate, prostratus de erectione cogitet. Tremellius hæc notat: allegoria hæc à comparatione jumenti subjugis est. Defectiones meæ, inquit, sunt tanquam lora & vimina, hanc materiam assumit Deus, compingit, contorquet, tanquam vieta vimina, & imponit cervicibus meis illarum jugum tam grave, ut infirmet vires meas. Est igitur h. l. jugum defectionis infra c. 3, 27. suave disciplinæ ac doctrinæ Matth. 11, 29. 30. Verba ita habent: Ligatum & compactum est jugum defectionum mearum manu ejus, *Jehovæ nimirum, Sup. v. 12. juxta comminationem legi subjectam Deut. 28, 48. funes ejus jugi* contorquentur, *ut fila in funem* & ascenduntsuper collum meum, facitque corruere, *hoc est, labefactat,* robur meum. *Quid itaq; sibi volunt hæc metaphorica? id quod satis disertè sequitur:* & tradit me Dominus in manus eorum, à quibus non possum exsurgere, *qui me adeo vastant, & in captivitatem abductam ita tractant, ut nulla spes sit perveniendi ad libertatem pristinam, humanam opem si spectes.* Similitudines. Jugi causæ 1. 2. 3. 4. Jugum triplex.

נשקד *per* ש *est, ut scribit AbenEsra, tale verbum, quod in Bibliis nec patrem nec matrem habet, nusquam præterea extat, ipse exponit per* נמשך *protrahitur, quasi Dei manus jugum proferat & imponat. R. S. Jarchi punctatum est, quasi cognatum verbi* נקד, *quasi Deus peccatum in manibus notarit, ut recordetur. Kimchi, ligatum est, aggravatum est quasi esset* נקשר, *ut & Chaldæus paraphrastes, qui videtur legisse* נקשה *Græci & vulgatus* נשקד

gatus Latinus, quasi haberet punctum in dextro cornu per ש *à R.* שקד, *id est, sedulus fuit, vigilavit, Græci* ἐγρηγόρηκη *sed idem pro* ער *legit* ער *suo more, Lutherus etiam ita vertit. licet longè rectiùs ut reliqui,* meine ſchwere Sünde ſind durch ſeine Straffe erwacht. *Sed Masora refutat, dum notat* ר. *Quidam hæc conjungunt. Deus jugum supplicii mihi infligendi ex meis iniquitatibus compactum in manu attentus diu habuit, expectans tempus, quo illud mihi imponeret. Non malè, quod ad rem, quia Deus ita crucem & pœnam habet paratam, & velut circumgestat: si homines antevertunt suâ pœnitentiâ iterum deponit; sin minus, aggravat, Rom. 2, 5. De voce* פשע *aliàs Non etiam, quod poteram, adducam differentiam nominum Hebræorum, & quidem longe rectiorem, quàm alii quidam solent tradere, in principio Loci de peccato ex R. D. Kimchi,* עברות, יצר הרע, חטאים, פשעים, עונות, אשמים, זדונות, *&c.* בידו

Manus Dei. *Brevissimè, Dei manus vel est munientis, vel punientis, unde Luth. h. l.* reddit, durch ſeine Straffe. *Sic in Psalmis sæpe.* שרג *in Piel & Hithpael (in reliquis non extat) perplexum & implicatum esse, ut solent palmites se miris modis invicem prehendere & implicare, vide alibi de voce* עבתים *Psalm. 2. Exercit. Bibl.* על *proprie, ascenderunt, sicut & multi reddunt, quia ab excelso sint immissa illa jugi vincula. Lutherus elegantissimè* und mit Hauffen mir auf den Halß kommen/ קום *significat & surgere & stare pro diversitate materiæ, imò quandoq; sunt hæc per metalepsin conjungenda Psal. 1, 5. & ita Apostolum de resurrectione præcipuè agere 1. Cor. 15. multi cordati sentiunt interpretes.*

שרגו

Defectiones. *Usus I.* Compactum eſt jugum defectionum mearum) *Quò majores sunt & crebriores defectiones eo plures à Deo postea immittuntur afflictiones. Qui igitur non cupit sibi jugum aggravare, meminerit scelera vitare.*

II. Deſcendunt ſuper collum meum) *Homines cum sunt ut equus & mulus, eos divinitus domat calamitatum cumulus, Psal. 32.*

III. Tradit me Dominus in manus, unde non poſſum ſurgere) *A Jehova est imperium & ab eodem etiam servitium.*

Mysticè.

Mysticè. *Peccator ipse Deo velut vincula suppeditat sua delicta Prov. 5,22. & nisi à Christo solvantur, fiunt catenæ, quibus deducitur in infernum. Confer 2. Pet.2,4. Qui igitur vult esse liber, serviat Deo Rom. 6. aliàs tandem traditur in manus tortorum infernalium Matth. 5. & 18. unde nulla liberatio, Psal.49.*

Antequam ad sequentem versum progrediar, dicam aliquid de triduo resurrectionis Christi, quia dixit Jerosolyma, se non posse surgere. Christus resurrexit tertiâ die.

Articulus est, Christum resurrexisse tertia die secundum scripturas, 1. Cor.15.4. putant esse Hos.6,2. sed potest esse Jon. 2. quod Christus citat. Quidam initium faciunt à passione in horto: rectius per synecdochen, quâ ponuntur ferè completa pro integris: tres horæ usq; ad vesperam, die parasceves, ita absolutus dies primus, quia judæi solis ab occasu incipiunt. Secundùs totus sabbathi: tertius incipit circa horam sextam nostram vespertinam sabbathi, unde Christus plerumq; tertiò die dicitur resurrexisse, Matth. 16,21. cap. 17,23 & 20,19. Marc.10,34. Luc.9,22. & 18,33. & 24,7. Act. 10, 40. & 13,24. 1. Corinth.15,4. Duo obstare videntur I. Matth.12, 36. Christus tribus diebus & noctibus dicitur fuisse in corde terræ II. Matt.12,39 *Marc. 8,31. Matth.27,63. extat.* μετὰ τρεῖς ἡμέρας, *i. e. post tres dies, sed hæc loca pauca ex pluribus explicanda, Joh. 2,19. Marc. 15,29. in tribus diebus, sic* μετὰ *Deut. 14,28. confer Deut. 26,12. Sic Luc. 2, 46.* μεθ' ἡμέρας τρεῖς, *i.e. die tertio. Sic quod dicitur* ἐφιόντων αὐτῶν, *Matth. 26,26. Marc. 14,22. Lucas effert c.22, 20.* μέχρι τὸ δειπνῆσαι. *Ita Pharisæi ipsi intelligunt superius* μετὰ *pro* ἕως *Matth.27,63. sed nondum finis, nisi quis addat, ex Hebræorum consuetudine ita appellari unum diem Gen. 7,4 12. Exod.24,18. & 34, 28. & proinde dies à noctibus non sunt separandi. Videatur Harm. Evang. D. Polyc. Lyseri & D.Gerhardi. Serarius in Jos.1. D.Calixtus in quatuor Evangelicorum scriptorum concordia.*

Vers. 15.) *Dixerat sub finem versus præcedentis Jerosolyma, se esse ita prostratam, ut nequeat exsurgere: ne quis putet superesse ei adhuc fortes milites, qui res collapsas restaurent, ostendit, eam spem omnem esse vanam. I. propter militum suorum ægritudinem; II. hostium à Deo armatorum multitudinem.* Prostravit

vit & *conculcavit* omnes robuſtos meos Dominus, *quicunq; fuerunt* in medio mei *ſeu intra me*, *Luth.* alle Starcken / ſo ich hatte/ *qui cum Græca verſio in ſenſu congruit* ἐξῆρε ὁ κύριος ἐκ μέσου μου, convocat *adverſum me*, עלי *Amos* 3,1. & 5,1. *Mich.* 1,1. conventum, *certo tempore multitudinem hoſtium Chaldæorum invitavit ad convivium, in quo me exedant confer Sophon* 1,7 8. *Lutherus*, Er hat über mich ein Feſt ausruffen laſſen. (*Deus enim quo tempore vindictam ſumit de obſtinatè impiis velut diem feſtum agit & impenſè gaudet, ut illi, qui in lætitia ferias tranſigunt*) ad frangendum juvenes meos, *in quibus aliquid ſpei reſtare poterat. vide Hoſ.9. 12.13. quid multis? ſimili noto rem totam explicabo. Ut æſtate matureſcunt, ſub autumnum autem ipſæ uvæ omnes decerpuntur, & torculari ſubjiciuntur atq; exprimuntur: ita Deus dum menſuram iniquitatis compleret Jeroſolyma, expectavit patienter: verum quum jam planè corrigi neſcia pœnæ matura erat*, torcular calcat Dominus filiæ Judæ, *quæ hactenus fuit* virgo *ſupra v. 6. Confer Joel* 3,13. *& quæ ibidem adducta. Adde Apoc. 19, 15. Hoſtes ſunt velut prelum, quorum opera Deus utitur; illi, contra quos eos armat, velut uvæ calcandæ maturæ, & ut ex his ſuccus, ſic ex illis ſanguis copioſè profluit.*

Conviviū a Deo inſtitutum.

Simile a torculari.

סלה *à rad.* סלח *proſtravit & conculcavit, quod faciunt admodum irati; aliàs non omnia quæ proſternuntur, conculcantur. Signo ſit illud,*

סלה

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, quum jacet hoſtis, habet.

Ex hac voce vere deducitur ab interpretibus vexatiſſimum verbulum סלה *quod eſt multivariis modis proſtraverunt & conculcaverunt, ſicut explicatum Pſ.3,3. Hab.3,3.*

אביר *notat robuſtum.* κατ' ἐξοχὴν *Deo tribuitur, Gen.49,24. Pſalm.132,2. Job.34,20. ſpeciatim inter homines heroës, inter animalia, tauros, ut in Pſalm, 22, 13. equos, Jer. 50, 11. & 8. 16. robuſtos Baſchan, aliàs etiam angelos, Pſ.78.25. notat.*

אביר

Pſ.78,25.

לחם אבירים, *ut plerique volunt ob verſum præcedentem,*

dentem, quod angelorum operâ sit datus. Sed quid? si dicamus, notari cibum optimum seu præstantissimum, quali frauntur potentissimi in mundo, Herrnbrod/ qualis cibus Manna. אדני cum de Deo: cum, de angelis vel hominibus, Gen. 19, 2. non obstat, quia ibi duo Angeli saltem intelliguntur, quibus aderat יהוה & ארנו genitus. Et jam creatis ob reverentiam tribui scribunt nonnulli, quod mihi non sit verisimile. קרב apud Hebræos sæpissime ex idiotismo quodam saltem adjicitur, ut notetur non ipsum medium, sed tantùm quicquid non est omninò extimum. aliàs in corde. hac de re in Jos. 1. Qui cupit intelligere rem & vim phraseos, vocavit Deus festum, inspiciat, quæ dicta & citata sunt Soph. 1, 7. 8. Ut enim die solenni solebant Judæi lætari, epulari, aliosq; invitare; ita Deus vindictam magnam tali diei confert, I. quod lætatur ob suam justitiam, quam exercet. II. quod ut tum sacrificia mactabantur, sic h. l. homines mali & morti destinati, & ut cum recreabant se cibo & potu homines, sic Deus (quod ἀνθρωποπαθῶς dicitur) se velut reficit, III. Vocat id hoc convivium hostes, imò aves & omnia animalia carnivora. vide etiam Jer. 1, 15. בחור juvenis proprie electus à בחר, quod juvenes quum sint rebus gerendis idonei ad multa expedienda potius eligantur, quàm senes. hinc lucem facies & medicinam loco 1. Sam. 9, 2. in vulgata versione Latina ubi Saul בחור וטוב erat ei filius שמן vocabulo Saul, electus & bonus. hinc se torquent illi patroni vulgatæ versionis, quomodo Saul, qui tamen periit æternum, dicatur electus. Luth. eleganter, der war ein feiner junger Mann. vide qui habet Bellarm. l. 3. de justif. c. 14. qui cupitis ultra vulgus sapere, discite linguas. Etsi enim hæc moneat interpres, tamen qui textum non potest consulere, dubitare semper cogitur. De reliquis vocibus Hebræis jam antea & de phrasi, calcat torcular, alibi prolixè. Non reponam denuo cramben bis coctam. Id addo, ut exprimitur prelo optimus succus, relinquitur pessimus & acini seu folliculi uvarum, ita etiam in hac calcatione filiæ Sion, omnes potentes, divites, magnates occidebantur, abducebantur, fex populi remanebat, quorum pauperes relinquebantur, qui colerent terram. Reliqua sunt contorta, quod Chaldæos de stupris virginum exponit: Lyra vinum furoris sui ibi expresserit, quod putaret filia Sion ut Psal. 75, 9. quæ vera sunt, sed

אדני

קרב

Vocat Deus festum.

בחור

1 Sam 9, 2

Torcular.

quid non notet.

huc

huc non adeo pertinent. Habet ille hortationem satis bonam, sed alibi fundatam, nempe ut quis sementem fecerit, ita metet, Gal 6, 8. & prout quis uvas tulerit seu fructus, tale vinum reportat. qui vineam Sodomæ coluit, palmitem Gomorrhæ, protulit uvam fellis, botrum amaritudinis Deut. 32, 32. ille tale vinum se dignum recipit, nempè merum iræ Dei, quod dum bibit, evomit cum ignominia & perit. Jer. 25, 16. vide Obadj. v. 16.)

Ut sementem fecisti ita metes.

Tutus.

Usus I. Prosternit Deus robustos meos) *Vana est fiducia, quæ ponitur in robore militum, quando factum est à Deo vastationis decretum. Qui igitur vis esse tutus, vide ut sis fide & pietate munitus Prov. 18, 10.*

Dei conventus, justitia.

II. Convocat contra me conventum) *Deus duplicem celebrat conventum, gratiæ in Ecclesia verbo, iræ in peccatores ferro.*

III. Torcular calcat Deus) *DEus ubi diu frustra expectavit pœnitentiam veram, tandem exercet vindictam severam.*

Mysticè. *DEus calcat robustos, i.e. lege conterit saxea corda & securos terret, qui medico se non putant indigere, Matth. 9. Convocat hìc conventum angelorum, ut ipsis inserviant; Sin autem Deo repugnant præfractè, convocat conventum Diabolorum. ut perdant, Matth. 5. & 18. ubi tortores dicuntur. Ut autem in torculari bonæ & malæ uvæ exprimuntur; sic sæpe communibus miseriis eternè involvuntur pii: & quemadmodum bonum vinum reservatur, sic pii à Deo defenduntur fideliter. qua de re videndus Augustinus in Psal. 55. & l. 1. de C.D. cap. 8. ubi locus super hanc rem longè elegantissimus & tempore calamitatis probè notandus.*

Boni & mali pressi.

Versus 16.) *Tria hactenus à versu 12. ubi incipit Jerosolyma Threnodia, sunt declarata, nempè quâ tristitiâ afficiatur, quâ vehementia Deus irascatur, quâ immisericordia hostis utatur: eadem tria hoc in uno versu repetit conjuncta, ostendens I. suarum lachrymarum copiam. II. suam, ob res carissimas à Deo ereptas, inopiam. III. hostis victoriam.* Propter hæc עַל אֵלֶּה, *quæ attuli* ego flens, *sum i.e. fleo, & fleo admodum amarè,* oculus meus, oculus *inquam* meus, *descendit aquâ seu lachymis,*

ubi

ubi est Hypallage scripturæ non insolens, pro ex oculo meo copiosè de- Hypalla-
fluit aqua, ubi repetitio notat & continuationem, vide supra v. 2. q. flu- ge.
vios aquarum produceret. Confer. Jer. 14, 17. & c. & 9, 1. & distri-
butionem, vide Buxtorff. l. 2. thes. Gr. c. 2. anom. 2. membro 2. p 318.
quò respiciens cum Chaldæo Paraphraste Lutherus elegantissimè vertit,
meine beyde Augen fliessen mit Wasser / *simul etiam indicat vehe-*
mentiorem animi affectum, ut idem Buxt. ibidem membro 5. p. 320.
declarat. Quæ autem hujus lamentationis tantæ causa? longè ma-
xima, quia longè abest & recessit à me verus consolator,
Deus, omnis consolationis author. 2. Cor. 1, 3. at dicas, alter alterum
potest consolari, & sine dubio sunt homines, qui tuo malo commo-
ventur, suamq; testantur συμπάθειαν: esto, nil proficiunt, quia ab-
est ille solator, qui potest reficere animam *sup. v. 11. Lutherus ele-*
gantissimè: Daß der Tröster der meine Seele solt erquicken/ferne
von mir ist. *de consolatoribus aliis ut confœderatis, amicis, sup. v. 2.*
& 7. Cur verò ita solatio indiges? quia filii mei sunt desolati.
Confer Hos. 9, 11. 12. 13. idq; propterea, quod invalescit hostis meus,
quod utrumq; membrum ultimum sup. v. 5. est declaratum.

Ex voce Hebræa אלה *est sine dubio Latinum ille &c.* אלה
Genus autem loquendi, ego flens, *partim necessitate, quia carent*
Hebræi præsenti tempore, idq; convenienter naturæ, quæ, si strictè Participi-
loquaris & propriè, tantum agnoscit tempus præteritum & futurum, um pro
cum præsens temporis copula sit, non tempus, verum τὸ νῦν instans: præsenti.
partim ornatus & emphaseos gratia est introductum: tum enim
summum studium intelligitur, ut nos dicimus, in eo est, hoc unum
agit & studet, Gen. 4, 17. erat ædificans, Num. 14, 22. sunt murmu-
rantes Ps. 122, 2. pedes sunt consistentes. עין *oculum & fontem deno-* עין
tat. Sic utrumq; ita conjunges, ut ex Jer. 9, 1. demonstratum est,
nempe ut fons aquam jugiter producit, sic oculus flentis amarè lachry-
mas. Alii, oculus meus descendit & abit vel convertitur totus
in lachrymas, ich weine die Augen noch auß dem Kopffe. *Vulga-*
tus malè, יורד *neutrum vertit activè, deducit aquas. Ce-*
tera jam in superioribus sunt declarata, Chaldæus eleganter עיני
עיני *oculus meus est fons meus.)*

Usus I. Propter hæc ego fleo) *Qui non vult in* Fletus.

tempore gratiæ ſua deflere vitia, cogitur tandem lamentari ſua ſupplicia.

Conſolatio. *II.* Abeſt Conſolator, qui reficiat me) *Ut vana eſt hominum auxiliatio, ſic etiam conſolatio, Deus autem reſtituit ac reficit animam. Pſal. 119, 92.*

III. Filii mei deſolati) *Etiam parentum quædam peccata gravioria Deus punit in poſteritate, Exod. 20, 5.*

Myſticè. *Quando filii Eccleſiæ pereunt à Diabolo abrepti velocciſi, ſeu in peccatis mortui, Diabolus q. d. Satan & hoſtis invaleſcit, ſeu regnat in pleris q. d., & verus ille* paracletus, *tam ratione mediatoris, 1. Joh. 2, 2. Chriſtus, quâm ratione conſolatoris. Joh. 16. Spir. S. qui poteſt animam mortuam vivificare per verbum, Eph 2. abeſt longe ob impietatem (ut enim fumus apes, fœtor columbas, ſic mala vita & vitia Spiritum S. abigunt) tum unum hoc reſtat, ut in vera pœnitentia aliquis decurrat ad lachrymas, ad exemplum Petri, Mariæ Magdalenæ; nam*

Verbum, preces & lachrymæ,
Miſeræ arma ſunt Eccleſiæ.

Dicitur autem ille fletus eſſe non ſimulatus, ſed verus, pœnitentia non eſt fingenda ſed agenda

Verſ. 17.) Hujus q. d., ſicut & hoc ipſo verſu, more mundanorum tantùm mala ſua deflevit Jeroſolyma, vitam non correxit, peccata non agnovit, non eſt deprecata, ſed pœnam mitigari volebat, non erat in eo, ut culpa & cauſa tollerentur, ideo q. d. non eſt mirum, quod nihil impetravit, quia non rectè oravit, Jac. 4, 3. Mala oratio. *Ut autem ad agnitionem horum & veram converſionem adducatur, hæc propheta ei inſuſurrat I. quæ ſit mali gravitas & vagi fletus vanitas. II. Quæ Dei in vindicta perſtet ſeveritas. III. Quæ ejus cauſa, nempe peccatorum atrocitas. Quando* pandit *Jeroſolyma ſeu* Sion *ſup. v. 4.* manus ſuas, *ut illi, qui dolent graviſſimè & orant ardenter, id q. d. tantùm facit mali evitandi gratiâ, non ut peccatum vel intermittat, vel ut Deus condonet, ideo q. d. ſic nil agit, quia ſic* nemo ſolatur eam, *neq. d. Deus, neque homines aut conſolando, aut conſilio, aut re juvant. Deum enim quod ſpectat, is ob peccata iratus*

iratus præcipit de Jacobo in circuitu ejus hostibus ipsius, *ut eum affligant, ab omni parte, vide supra v. 15. homines quod attinet*, effecta est urbs Jerosolymorum, *& tota regio* velut superata *propter immunditiem inter illos sup. v. 8. & 9. Omnes ex justo Dei judicio eam abominantur, imò cupiunt remotam esse, seu in captivitatem abductam & perditam* פרשׂה *à R.* פרשׂ *expandit, &* פרש
potissimum manus, ubi de homine fit sermo sup. v. 10. Exod. 9, 29. 33. 1. Reg. 8, 22. 38. 54. Esdr. 9, 5. Job. 11, 13. Psal. 143, 6. Es. 1, 15. ubi verò de angelis seu Cherubin (quibus solent alæ tribui) velavit, expandit alas, notat, Exod. 25, 19. Deut. 32, 11. aliàs etiam de veste, reti, usurpatur illud autem h. l. notandum, quod hoc gestu & dolentis summa ægritudo, & precantis intentio indicetur, quasi ex ipso cœlo auxilium cupiat detrahere. vide Es. 25, 11. & 21, 3. Jer. 4, 31. ubi utrumq; mulieri parturienti tribuitur. dolor autem partus est summus, & proinde etiam precatio ejus sine dubio ardens. Sic reddit paraphrastes Chaldæus. Vulgatus Latinus, Lutherus & alii multi, vastablus, Pagninus ex R. D. Kimchi putant esse ex פרס, *id est, fregit, notariq; quod cum esset moris, ut alius lugenti frangeret panem, ipsa Sion suis manibus, sibi fregerit panem, quum alius solator abesset. Confer infra 4, 4. Es. 58, 7. Jer. 16, 7. Huc putant maxime face-* ב
re, quod sequens particula ב *præfigatur nomini. Sed illa pleonastice sæpè additur ut Job. 16, 10. & alibi. Ideoq; ob cohærentiam sensus prior melior.* Præcepit in circuitu hostibus *h. e. quod ante a dicebat v. 15. convocat contra me conventum. vide infra c. 2. v. 22. Chaldæus. præcepit statuta sua Jacobo, quæ quum transgressus sit, meritò illum puniri. De voce* נדה, *vel* נרה *ejusq; ἐτύμῳ & usu dictum est supra v. 8. illud h. l. cum Castro addendum, quod per metalepsin & ob etymologiam (est enim a* נדה *elongavit) sumi possit pro ea, quæ sit excommunicata, & proinde vitetur ab omnibus. Ad quod intelligendum Jesuita noster confert Esa. 66, 5. Ubi habetur, fratres vestri, arcentes vos velelongantes, seu excommunicantes vos, & Joh.* נדוי
9, 22 & 16, 2. Luc. 6, 22. נדוי *h. e. separatio dicebatur Judæis infima species Excommunicationis, qua persona quædam ab aliorum consessu & congressu tam sacro, quàm profano & domestico separabatur ad 4. usq; cubitos seu passus, Secunda species est* חרם חרם *excom-* שמתא
municatio; tertia extrema & gravissima proscripio שמתא

q.d. שם מותה vel שממה תהיה. *Alii tamen putant esse* שם אתא *Dominus venit, pro quo Syriacè apostolus* מרן אתא *dominus noster venit 1.Cor. 16, 22. De quibus vide prolixè & optimè differentem Buxtorfium in institutione epistolari p. 55. usq; 59. Etiam in Thisbi in voce* נדוי & שמתא. *Ita eim constanter in meo codice legitur. Per occasionem adjici possunt tres species seu gradus pœnarum apud veteres in Ecclesia usitati, qui recensentur* Ἀνάθεμα καθαίρεσις, ἀφορισμὸς. *vide lib. 4. Chron. Carionis ad Conradum primùm, ubi de rebus Ecclesiasticis agitur. (mihi) p. 698. Adde quandam glossam Junii in 3. Mach. 3. & quæ alii habent de Excommunicatione. Sed redeamus è diverticulo in viam, ubi dixero quum 1. Cor. 16, 22. expressa sint verba* μαραν ἀθὰ *ut alia Syra multa in N. T. Græco, non consistere illam expositionem Maharam motha, quasi sit excommunicatio mortis, quia neq; Maharam, neq; Motha sunt Hebræa vocabula. Ferenda autem non est illa correctio, quasi sit* מחרם אתה *maledictus tu, cum hoc neque sit Hebræum, neq; etiam hic est aliquod anagramma, ut quidam nugantur, quomodo esset* παρονομασία *etiam in textu. ubi obiter nota: non apparere ex N.T. cur sit dicendum potius Anathéma, quam Anáthema, quum origine differant & usu sacro Biblico. vide Luc. 21, 5. quod autem Beza dicit LXX. confudisse, Lev. 27. non refutat hoc, quia si rectè ita vertissent, Paulus retinuisset. Fruatur tamen quisq; suo sensu. Dicam libentius cum scriptura* ἀνάθεμα, *etiam ad differentiam, quam anathéma cum confusione diversarum vocum, & hæc hactenus.*

Tres species pœnarum Ecclesiæ.

Ἀνάθεμα.

Expandere manus.

Usus I. Pandit Sion manus suas) *Qui non vult tempore felicitatis manus expandere ad Deum in humili precatione, cogitur tempore adversitatis eas complodere & extendere in multiplici ejulatione: & qui Deum noluit audire monentem, hunc nec ille audit flentem, Prov. 1, 24.*

Comitia Dei irati.

II. Præcepit Jehova de Jacobo inimicis suis) *Qui contemnunt in pace Dei placati mandata, hi meritò audiunt in bello tormentorum fulmina, & intuentur contra se celebrari armata irati Dei comitia.*

III. Effecta ut separata ob immunditiem) *Qui ad Deum invitantem nolunt accedere, vident à se quoq; omnes creaturas recedere,*

dere, & si qui pietatem non jactantur, hoc omnes velut περίψημα *tandem abominantur.*

Mysticè. *Multi dum manus ad creaturas his confidentes expandunt, nullum consolatorem inveniunt. Vide avaros, quibus tandem non prosunt opes Soph.1,18. vide ambitiosos, quibus non prosunt malè quæsiti honores Phil. 3,19. vide voluptatibus deditos, qui tandem torquentur in inferno omnibus destituti Luc.16. vide magnatibus confidentes, qui, ubi moriuntur perit omnis spes clientum Psal. 118. & 146. Sæpe tales Deus permittit à Diabolo tentari, quia periculum amant. Si tamen ipsi ad Deum se convertunt, ex tentatione eripit, 1. Cor.10,13. quiq; erat Jacob, i.e. vitiis supplantatus, fit Israel postquam fide vicit, 1. Joh.5,4.5. vide Gen.32. Qui autem fide non accedit, est pollutus labiis, Esa.6, 5. manibus, Es.59, 3. & quicquid facit, pollutum est, Mal.1,7. Es.64,6.)* Humana vana.

Vers. 18.) Per superiora Prophetæ verba & admonitionem ad se rediens Sion Deo justitiam & gloriam, sibi ignominiam deberi ait, & simul alios homines ad commiserationem permovere studet, ut sit in hoc versu I. ingenua confessio II. acerba conquestio. Justus est Jehova *reddens me jure tam abominabilem, ut omnes me fugiant. Psal.119,137. Dan.9,7. quia* ori, *h.e. mandatis* ejus *per metonymiam, sui* inobediens, *imò contra præstitutum ejus rebellavi, vide suprà v. 5. & 8. maxima mea peccata maximis cladibus meritò punivit.* Audite *enim & attendite* omnes populi, *dum enarro eas, imò in rem præsentem venite &* videte dolorem *ac plagam meam, supra versic. 12. præcipuè* virginum mearum *supra versic. 4.* & juvenum meorum *versic. 15. & v. 5. ac 16.* qui abeunt in captivitatem *supra v. 5.6. Nullus autem major dolor post sensum iræ divinæ parentibus potest accidere, quàm si suorum liberorum captivitatem & calamitatem summam suis aspiciant oculis. Confer autem minas legales, Deut.28,49.*

צדיק *justus, inde* δίκη, *&* δικαιος *Græca. Hic de pœna accipitur, quam infert justus judex, quia sequitur de culpa, aliàs de misericordia, vide Luth. in Psal. 24,5* הוא *notat hic, inde multi putant ex hoc articulo esse Græcum* ὁ *&* οἱ, *sed ex usu linguæ sæpissimè, pro verbo substantivo ponuntur. Talia demonstrativa pronomina Bux. thesaur. l.2.c.6. reg. 1. membro 2. & c. 10. in elli-*

צדיק

הוא

psi membro 3. p. 395. Nehem. 9, 7. אתה הוא יהוה. *Tu es Jehovah sic confer Psal. 102, 28.* אתה הוא. *quidam idem valet quod* יהוה. *sed epistola ad Hebræos plenè explicat c. 1, 12.* σὺ δὲ ὁ αὐτὸς

פה פה *notat os propriè, metonymicè verba ore prolata, ut h. l. quod tamen θείως intelligendum; hinc aliorum illa explicatio & probatio ex Esa. 51, 46. Jer. 1, 9. & 5, 14. ibi enim agitur non de ore Dei, sed Prophetarum, cui inditum Dei verbum. ubi non dicun- Prophetæ os Dei, quod tamen ex aliis scripturæ locis colligitur, Es. 1, 22. Jer. 15, 19.* מרד & מרה *quantum conveniunt literis, tan-*

מרד *tum significatione, i. e. rebellavit.* נחה *est hortantis. hinc per Dachick* הושיעה־נא נחה *Psal. 118. & Græce* ὡσιαάνα, *salva quæ-*

Ori Dei rebellare. *so. Ori autem Dei rebellare is dicitur 1. qui ejus legem, quam ipse tulit, nefariè violat. 2. qui ejus consilium contra se spernit, ut Pharisæi Luc. 7. quia prophetæ proferentes promissiones dicunt, os Domini locutum est, atq; ita homines nolentes obedire Evangelio Rom. 10. resistere dicuntur Spiritui S. Actor. 7, 3. qui Prophetas non audiunt vel verbi ministros, tam legem, quàm Evangelium proponentes.*

Jehova justus. *Usus I.* Justus est Jehova) *Justus est Jehova in pœnis inferendis Rom. 2, 5. 6. & præmiis reddendis, 2. Tim. 4, 8.*

II. Audite omnes populi) *Qui nolunt Deum in fide precari, quando fruuntur rebus secundis, coguntur homines obtestari, quando premuntur rebus adversis.*

Mysticè. *Anima fidelis in se cum Daniele c. 9. descendens facilè agnoscit suam miseriam, quod Dei ori h. e. Christo & Spiritui S. loquenti in verbo restiterit; non autem ad homines, sed ad Deum confugit, siquidem ita non liberatur ex sua captivitate, nisi per solum filium, Joh. 8, 36.* ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε.

Vers. 19.) *Ut afflictæ Israelitarum res pristino restituerentur nitori & libertati multum videbatur esse positum in confœderatorum auxiliis, & prudentum ac senum consiliis, sed & illi fidem datam fefellerunt, & hi obierunt, ideoq; hinc nil spei restat. Exaggeratur itaq; hoc versu I. Amicorum perfidia. II. sacerdotum & seniorum absentia. III. omnium rerum penuria. Quando* advocavi amatores meos *& confœderatos, Jer. 2, 36. & 22, 20. 22. Hos. 2, 5. 7.*

5.7. & 8.9. (quod prolixius declaratur Ezech. 16 & 23.) ut ex pacto ac promisso venirent mihi subsidio, tantum abfuit, ut mihi auxilium tulerint, ut perfide agentes ipsi me fefellerint, *Obadj. v. 7. Jer. 30,14. & quum tempus erat promissa perfici, nihil quicquam præstiterint.* Sacerdotes *autem* mei, *qui suis intercessionibus possunt Deum iratum flectere,* & senioris mei, *qui rectè possint in medium consulere, non amplius supersunt, sed* in ipsâ urbe *vel fame vel bello, vel animi anxietate perempti* exspirarunt, *quum & ipsi cum reliquis* quærerent panem, quo se reficerent. *vide supra v. 11.*

קרא *est magna voce clamare, ut præco solet, unde Græcum κήρυξ & κηρύσσω inde factum esse dicitur. habet autem omnium compositorum significationem ex usu linguæ, ut h. l. notat advocare. Per amatores intelliguntur confœderati. Ut enim illi pulchram fœminam diligunt; sic hi expetunt florentis Reip. vel regni amicitiam, quibuscum, quando contra Dei præceptum initur fœdus, oritur adulterium spirituale. h.l. autem Ægyptii inprimis ob historias circa finem libri Jeremiæ descriptas intelligi possunt, quamvis etiam aliæ gentes simul comprehendantur.* Amatores politici. *Nugatoria autem est illa R Salomonis explicatio, quod Ismaelitæ comedentes sitim senserint, & utres ori admoventes, quum spiritum hausissent, sint interfecti.* R. S. Jarchi. *Et digna rabido Rabbino explicatio, ubi tot mendacia fere, quot verba.* גוע *De exspiratione illa, quæ fit in morte naturali, & quidem tùm, ubi videtur homo animam sine dolore emittere, vulgò tantùm accipitur: sed etiam de violenta & maximè acerba accipi non solùm hic locus, sed & Gen. 6, 17. & 7, 21. testatur. aliàs non negatur ita accipi, ut de Abrahamo, qui satur dierum obiit in pace Gen. 25, 8 pro diversitate subjectorum sunt hæc diversa, ut etiam alia phrasis dormire cum patribus, tam de impiis quàm piis usurpatur: quod contra multorum postillatorum notam notabis; reliqua jam suprà vidimus.*

Usus I. Amicos advocavi, qui fefellerunt me) Fide Deo.
Quum tanta sit hominum perfidia, tantum in Deo sit tua fiducia, & si cui vis tutò fidere, fide Deo.
Psal. 60, 13. & 118, 8.

II. Sacerdotes mei & seniores exspirarunt) *Signum est malorum imminentium obitus virorum excellentium nam*

Cum

Obitus magnorum.

Cùm Deus iratus peſtem meditatur acerbam
Urbibus, eximios eximit inde viros.

Myſticè *Qui ſunt in miſeriis conſtituti falſos amicos advocant, à quibus decipiuntur. Illi ſunt caro, mundus, Diabolus, Sir. 25, 3. tres odit anima mea; pauperem ſuperbum, i.e. carnem, quæ ex ſe nil boni habet; divitem mendacem. i. e. mundum, qui multa pollicetur & nil præſtat: ſenem fatuum, id eſt, Diabolum, qui mendax ab initio & homines dementat. tunc quærit anima ſacerdotes & ſenes, præcipuè eos, qui expirarunt, i.e. Prophetas & Apoſtolos; ita quærit & invenit cibum animæ.*

Verſ. 20.) Poſt querelam ad homines directam, quos fruſtra bis eſt allocuta afflicta Sion verſ. 12. & 18. (quod etiam repetit. v. 21) tandem ſe convertit ad Jehovam ipſum, cujus implorat miſericordiam, dum ſuam enarrat miſeriam. Explicat enim quæ ipſam prehenderit Anguſtia, v. 20. quæ ſit hominum malitia v. 21. quæ Dei

Falſi amici. Sir. 25, 3.

juſtitia v. 22. Duo autem hujus verſus vigeſimi ſunt membra, prius continet preces, poſterius earum rationes, quod nimirum interiùs ob peccata eam exerceat animi angor, viſcerum tumor, cordis timor, exterius excidium, ſeu interficientium ardor. Reſpice *me* Jehova *ſupra v. 9. & 11. nam quod affligor, inde fit, quod tu à me avertiſti faciem tuam, attolle vultum tuum ſuper me,* nam anguſtia

Anguſtia.

eſt mihi *Pſal. 31, 10. & 102, 3. Jon. 2, 3. idemq; his adhuc aliis verbis repetit, ut augeat orationem. Ne quis enim putet hanc tantum eſſe ab hoſte externo anguſtiam, Pſal. 3, 2. interiorem (quæ eſt gravior) eam eſſe demonſtrat, quia* viſcera mea, *inquit,* lutulenta facta ſunt, *ebulliunt & intumeſcunt, Hebraicè* ממרמרו *à R.* חמר חמר *turbatus à luto fuit. Eſtq; metaphora inſignis, & longè major emphaſis, quàm ſi diceretur, viſcera mea perturbantur, fluctuant ac ſtrepunt, ſiquidem corpus cum mari, viſcera cum profunditatibus hujus, ira Dei & pœna cum procellis comparantur, & velut in mari vehementiſſimis fluctibus agitato lutum ex imo gurgite exæſtuat, ſic omnia viſcera ita concuti innuit, ut parum abſit, quin e corpore ipſo projiciantur. Confer Eſ. 57, 24. inf. 2, 11. Joh. 16, 16. & Pſal. 46, 4.* verſat ſe cor meum in medio mei, *i. e. intra me, quia doleo me Deum meum ita offendiſſe,* quia *vehementer ſeu rebellando*

bellando rebellavi,) *de voce ipsa v,18. de genere loquendi v. 2. dictum est;*) *ideoq; pœna horribilis grassatur extrùs seu* foris orbat gladius, intus est ipsa mors. *Heb.* במור *ubi* ב ἀληθινὸν *& veritatis. vide Obadj. v. 11. & significatur, quod omninò mors ex fame grassante consequatur. supra v. 11. & 19. Confer Deuteron. 32. 25. Jer. 14, 18.* ב veritatis.

Externis signis interior animi affectus significatur, & ita respicere eum DEus dicitur, cujus miseretur, quemq; juvat. vide saltem benedictionem Num. 6,25,26. descriptam: & jungantur illa Plautina, nos Deus aliquis respiciet, &c. videndus Taubmannus in Bacch. Capt. Rudente, &c. Horatius: Respicere

Quem tu Melpomene semel
nascentem placido lumine videris.

מעים *rectè per σπλάγχνα interpretari poteris. Verbi* חמרמר *autem quæ sit emphasis, jam dixi, quod tamen per quandam similitudinem aliam ab aquis ferventibus, quidam exponunt, quod suo more elegantissimè depingit Poetarum Princeps 7. Æneid.* חמרמר

Magno veluti cùm flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis ahenì,
Exultantq; æstu latices, furit intus aquæ vis,
Fumidus atq; altè spumis exuberat amnis
Nec se jam capit unda, volat vapor ater ad auras.

Cui tertiò potest adjungi, quando vinum naturâ ferveſcit & spumam eructat. Versat se cor *quasi suâ sede revulsum, estq; vehementer commiserantis vel imscentis. Cor enim affectuum fons primus, & quum id affectus vehemens turbat, hoc valde movetur & se quasi versat, dum qui antea erat sedatus, nunc excandescit?* מחוץ *ab extus* מ *videtur otium agere, sed tamen eleganter adjicitur. sic* למרחוק *2. Reg. 19,25.* למבית *abintus Num 18, 7.* מטרם *Hag. 2,16. Sic apud Lucretium & Propertium, inante,* ἔμπροσθεν. *Alibi, proporrò, ex adversum. Gifan. in indice Lucretiano p. 360. Sic incircum, insuper, adex, ad ultra, incoram, impalam, abusq;, adusq;, &c. de quibus Taubmannus, Act. 5. se. 2. Mercat. p. 903. sed quid non imitatur dcses ignavia, dum & ipsa vult videri docta? ita* Cor. מחוץ Compositæ præpositiones.

est, mentiuntur formam inhonestæ, statuam parvi, doctrinam rudes.

Econtra. *Huc referunt quidam* Econtra : *quod tamen juxta illos plane barbarum è contrario vel contra sunt in Latio, illud alterum ad barbaros, unde venit, relagandum censent. Num rectè? alibi dicetur, sicut & similia aliàs. Vos qui cupitis veram consequi eruditionis laudem, illos melioris ævi & literaturæ autores audite, novos nonnullos & novis nummis nequiores ne quidem inspicere.*

Disputatores mali *Verùm mali Disputatores quorundam quibusdam in locis hodie major copia, quàm muscarum olim in Armeniâ cum caletur maximè, nolunt intelligere, non capiunt quanta sit Grammaticæ vis, sine qua Lutherus Theologiam infeliciter tractari graviter hinc inde scribit : Cui Melanchthon & alii, quibus cor sapit, astipulantur, & nuper non malè hæc exaggeraverit Abrahamus Scultetus in exercitationibus Evangelicis ad locum Matth 2. ubi ex Micha c. 5. citatur & conciliatur dictum lib 1. c. 55. & idem de disputationibus (nam raras & sobrias, rectéq; institutas quis culpet, quis non amet?) minus rectè habitis satis benè in præfatione, ibidem. sicut & D. Mentzerus p. m. Et haud scio, an quis elegantius quam Justus Lipsius Cent. 1. epist. 59. unde pauca proferre pro tempore necesse habeo. Elephantes ajunt, etsi amnibus impense delectentur, haud temere tamen eos ingredi, cum inscii sint natandi : idem in Theologia mihi, quam amo, quam æstimo, & tingo salubribus ejus aquis libens animum, non tamen mergo. Quæstionum vortices illos horreo, iisq; ne involvar, adsideo & obambulo saltem ejus ripas. Et hinc tamen haurio, & ex tuto sumo, quæ ad usum. Quod ille de virtute censet, rem eam esse, non verba, justiùs ego de Theologia, cujus verum seriumq; finem scio, vitam procul à me isti, qui alti & subnixi ambulant, &c. Hæc ille, de quibus sentiat quisq; quod vult : existimo non Apollinis magis verum, quàm hoc responsum esse.*

In cruce fides. *Usus I.* Aspice Jehova, nam angustia est mihi) *Crux à Deo immissa ad Deum homines adducet, ubi in creaturis nil esse præsidii elucet Esa. 19, 22. & 26, 16. Aromata ubi teruntur, optimè redolent : thus quando flagrat, fragrat maximè ; Sic Christianorum fides pressa instar palmæ se erigit & contra pondera nititur, Ps. 92.*

II.

II. Viscera mea commoventur) *Morbi sunt peccati stipendium, Deut 28.* Morbi.

III. Domino rebellavi) *Signum veræ pœnitentiæ est ingenua confessio prioris nequitiæ.* Confessio

Mysticè. *Quando omnia in se collutulata videt peccator, omnia inquieta, tùm ad Deum se convertit, & ut mundetur ac pax restituatur, orat præcipuè quando foris pugnæ, intus terrores sunt, 2. Cor. 7, 5. ita ex angustia in spatiosum campum dimittitur, Psal. 51, 2. ita cor sistitur, Ps. 131, 2. ita sordes absterguntur, quando agnoscuntur, Ps. 51, 5. vide Zach. 3. 3. 4.*

Vers. 21.) Postquam Sion suum malum superiore versu exposuit, nunc quis ipsius, quis amicorum, quis inimicorum in eo sensus, adjicit, & ubi desinit auxilium & solatium humanum, ibi incipere divinum firmiter sibi persuadet. Membra sunt duo: in priori objicit & amicis perfidiam, & inimicis, nempe Ἐπιχαιρεκακίαν *flagitium: posterius sibi ex parte Dei subjicit quoddam solatium. Ab amicis non declaratam* συμπάθειαν *ita detestatur, amicos meos quod spectat, quando audierunt,* quod ingemiscam ego, nullus *ex iis* solatur me *sup. v. 2. 7. 9. 16. 17.* inimici *autem* mei omnes *me facti superiores sup. v 2. 5. 7. 10. quando & ipsi* audiverunt de malo meo, *excidio, exilio ex Diabolica malitia* gaudent *potissimum* quod tu *ô Jehova ex v. 20. qui hactenus me defendisti contra hostes potenter,* feciſti *hoc, meq; tam graviter afflixisti & quidem jure, quod ego agnosco supra v. 18. Verùm id scio, fore aliquando mutationem, quandoquidem tu ô DEus tantam insolentiam non dimittes impunè,* tu adduces *tam certò ac si jam adduxisset illum diem ultionis & vindictæ, quam* promulgasti *jam pridem contra inimicos meos per tuos Prophetas Esaiam cap. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. Jeremiam c. 46. 47. 48. 49. 50. Ezechielem c. 25. 26. 27. 28. 29. 31. 32. Amos c. 1. Nahum. 1. 2. 3. ut quia mihi in peccando fuere pares, in luendo pœnam non sint impares, sed sint afflictissimi,* sicut ego; *est autem aliquod in malis solatium habere quendam socium. De phrasi simili vide supr. v. 15. Lutherus eleganter suo more:* So laß doch den Tag kommen / den du ausruffest / daß ihnen gehen soll wie mir. Ἐπιχαιρεκακίαν flagitium. Deus punit.

שמעו *Verbum absolutè positum more Hebræorum, cui no-*

Nominativi ellipsis.

minativus commodus subaudiendus & subintelligendus, idq; I. ex verbo Gen. 4,5.6. ויחר *scilicet* חרין. *sic Amos 6,12. Jer. 19,11. II. ex ipsa re Esa. 9.6. Jer. 23,6. scilicet quisq; fidelis vocabit Luth. impersonaliter. vide Amos 4,2.7. sic Gen. 48,1.2. III. ex scripturæ analogia. Sic. 2. Sam. 24,1. ubi malè Tremellius addit*, Deus, quum *1. Chron. 21,1. tribuatur Diabolo & alibi. IV. Ex oppositione. Ita h.l. quia sequitur* מיבי. *E. h.l. addendum* אהבי *confer v. 2. Talia sunt in N. T. Matth. 5, 11. 15. Luc. 6, 38. & 12, 20. vi. Buxt. lib. 2. thes. c. 10. in ellipsi membro secundo pag. (mihi) 394. Luth. h. l. ex idiotismo nostræ linguæ*, man hörts wol. *Conferantur & expendantur hæc loca etiam Gen. 18, 21. Lev. 7, 25. Num. 21,*

Καχία. רעה *14. Ruth. 3 15. 1. Sam. 13,8. Græci autem legerunt, ut solent* שמעו ἀκόσατε. *sic paulò post pro* רעתו *singulari, legerunt ipsi* רעותי, τὰ κακά μϑ. *Sumitur verò verbum Hebræum tam pro malo culpæ quàm pœnæ: unde etiam vox* κακίας *in N.T. eodem modo usurpata reperitur pro culpa, Act. 8,22. Rom. 1,26. 1. Cor. 5, 8. &c. pro pœna & afflictione, Matth. 6,34. & apud Græcos Amos 3,6. ubi* κακία *pro* κάκωτις, *ut notat Beza & cum eo Scultetus, qui videndi. sic, libera nos à malo, utroque quidem, sed pœnæ præcipuè, quia de culpa in quinta petitione actum est. Et hic nota, Hieronymum non esse autorem vulgatæ versionis Latinæ, quia in Epistol. 47. pluribus disputat, malè esse versum per malitiam. Consolatur & ipse Lutherus, qui eleganter.* Es ist genug das ein jeglicher Tag seine eigene Plage habe/ *melius utiq; quam ille vulgatus, sufficit diei malitia sua. Alia phrasis, sed res eadem Eph 5,16.* αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι, *propter afflictiones.*

Illa autem verba כי עשית, *Lutherus paulò aliter vertit, satis benè tamen*, alle meine Feinde freuen sich/ das machstu/ *puta, dum me in malis derelinquis confer Ps 70. qui tamen est pars 40. inspice, Psal. 25,2.* יום קראת *hic est ellipsis relativi, crebra ea quidem, cum in V. tum N.T. sed tamen probè notanda, ne hiet oratio. Vide Buxt. thes. l. 2. c. 3. sub finem exceptionum regulæ 1. pag. 334. & cap. 8. in ellipsi, membro 2. pag. 374. sic in versione Syriaca, Matth. 1, 11. & 5,20. & 6,34. Act. 7,14. videatur etiam Flacius p. 2. clavis, ubi agit de regulis scripturæ, & index Tremellii bibliis subjunctus in voce Ellipsis. In versione LXX. videtur esse error, pro*

Ellipsis relativi.

ομοιοι

οἰμοιοί μοι ἐγλύοντε μοι οἴμοι οἴμοι, *ut quidem meus habet codex; hei mihi, hei mihi. Vulgatus vertit, diem consolationis, quomodo putant multi hic esse votum, ut Gentes ad Ecclesiam advocentur, in N.T. sed nec verbis nec scopo prophetæ hæc explicatio respondet. Jesuitæ nota hìc nil valet, verbum aliquando poni prò nomine, ut ita hoc loco* קְרָאת *sit dies vocationis.*

Usus I. Audiunt me gemere, nemo consolatur me) *Quod Christo deserto à Discipulis, Davidicâ ejus typo ab omnibus relicto Psal. 38. accidit, Christiani quoq; sibi accidere posse credant, ne quid animo sit novum.* Pii deseruntur.

II. Inimici mei audiunt & gaudent) *Dolorem piorum valde auget* ἐπιχαιρεκακία *malorum.*

III. Adduces diem) *Pii sperant, fore ut videant tandem hostium obstinatorum internecionem & sui liberationem. Nam justus ex angustia liberatur, & devenit impius in locum ejus Prov. 11, 8* Spes.

Mysticè ita. *O anima, omnia mundana tandem spem tuam fallunt, multa ne quidem te gemere audiunt, & ex iis quæ audiunt, nemo vel nihil te solatur, aut animam reficit, quin Diabolus ejusq; organa de malo tuo lætantur Psal 13. præsertim si eò rem deduxerint, ut Deus tibi sit iratus. Vide verba Rabsaces 2. Reg. 18, 24. sed ne te nimis angat hæc ægritudo: cogita, quæ sit futura, si tu respueris, rerum vicissitudo, quum tu angelis fueris similis in gloria, illi demum tibi erunt similes in miseria, imò longe majori afflictione, æternisq; tormentis angentur, quod facit ad consolationem piorum & institutionem impiorum.*

Versus 22.) *Sæpe jam vidimus Jerosolymæ gemitum & hostium de ejus malis gaudium: nunc ita tandem concludens hoc alphabetum & de hostibus expetit sumi ultionem, & suam exponit afflictionem, ibi piè imprecatur, hanc tacitè deprecatur.* Veniat, *inquit*, omnis malitia eorum (רָעָתָם *malum cupæ*) in conspectum tuum, & fac eis, quemadmodum fecisti mihi propter omnes defectiones meas, *fac intelligant ex inflicta pœna, te scire eorum flagitia, & se puniri ex justitia, sicut & ego sup. vers. 18. à me autem desiste, meâq; porrò non afflige sic satis afflictam*, quia multi & *magni* sunt gemitus mei &

cor meum languidissimum. *Confer. Job. 10, versic. 20. 21. Psalm. 39, 14.*

Venit in Dei conspectum.

Veniat in conspectum. *Et hæc de Deo dicuntur ἀνθρωποπαθῶς, quemadmodum aliàs dicitur oblivisci & recordari, ut suprà vidimus. Hanc autem phrasin vide Psal. 119, 170. & 88, 3. & 79, 11. & 18, 7. sed hîc in bonum de bonis, qui cupiunt juvari in h. l. In malum verò de malis, qui debent puniri, ut supra etiam dictum. Omnes enim oportet sisti tribunali Dei; probos, ut præmium accipiant, improbos ut pœnas meritas sustineant. De verbo* עלה *dixi supra v. 12. sicut & de voce* רוי *supra vers. 13.*

Pia imprecatio.

Usus I. Veniat malitia eorum in conspectum tuum.) *Malis mala meritis licet malè precari, dum id fit ex amore & studio gloriæ Dei, vide in Psal. 5, 11. potius tamen sunt prædictiones, quàm maledictiones.*

II. Ut fecisti mihi propter defectiones meas. *Qui agnoscit suam malitiam æquiore animo fert DEI virgam.*

III. Cor meum languidum) *Qui abutitur suo robore in peccatis, rectè eo privatur in morbis.*

Mysticè. *Duplici ratione venit malum hominis in Dei conspectum, vel ut medicinam faciat in contritis, vel vindictam exerceat in desperatis: ibi agit medicum, hic judicem. In illis etiam sunt magni & multi gemitus, in hisce horrendi fremitus.*

Dei methodus in judiciis. Imperiorum periodus. Pœnitentia. Ecclesiæ pictura.

Doctrinæ autem generales ex toto hoc Capite notantur hæ I. quæ sit Dei methodus, ut in malis inferendis à suis faciat initium, & qui tum ne suo parcit populo, quid faceret reliquæ impiorum turbæ? Levit 10, 3. Ezech. 9, 6. 2. Maccab. 6, 13. 14. 1. Pet. 4, 17. II. quæ sit imperiorum periodus; Dum in illis viget pietas, florent, ubi autem regnat improbitas, corruunt III. Quæ sit vera pœnitentia, quod excitetur fulmine legis, & quod homo contritus se erigat bonitate summi regis. IV. Quæ sit Ecclesiæ pictura, nimium à mundo affligitur, à DEO placato erigitur.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

Argumentum.

TRia potissimum in hoc capite (quod argumento aliàs cum superiore convenit) pertractantur. Primò pœnam & querelam Jeremias proponit de calamitatibus prementibus omnes ordines in regno Judæ, & præcipuè de excidio urbis sanctæ Jerosolymæ, cum qua eversa cultus DEI simul cessavit. Secundò culpam & causas tanti mali exponit, nempe peccata populi, inter quæ non infimum, quod verbum DEI contemserint, & contrà pseudoprophetis adhæserint. Tertiò denique remedium quoddam proponit, quomodo ex hisce malis se emergant, nempe per seriam pœnitentiam, & ardentem Dei invocationem.

Versus I.) Ut de Sionis ejulantis infelicitate, deque Dei eam punientis æquitate constet (quæ duo deinceps prolixiùs declarabuntur) statim ab initio in versu primo proponitur I. Quæstio admirantis II. Responsio ejulantis. Quomodo, *vide supra c. 1,1.* obnubilat, *obscurat, tenebrosamq; reddit & mœstam,* in ira sua Dominus filiam Sion, *supra c. 1,6. qui Deus urbem, quam antea amabat præ omnibus aliis Psalm. 87, 2. nunc ita detestatur? quomodo populum electum & dilectum Deus ita abominatur? ut habet Chaldæus, quod tamen in textu Hebræo longè* ἐμφα- Deus obnubilat.

ἐυφατικώτερον יעיב, *velut densâ nube iræ suæ obtegit, ubi antea favoris radios sparserat, quando nubes gloriæ in dedicatione templi visa est 1. Reg. 8, 10. nunc verò atra nubes iræ & furoris omnia involvit, tristissimum statum inducit, siquidem nubes tenebras, tenebræ autem mœrorem asserunt. Lutherus quod nubes tegit, eleganter vertit,* Wie hat der HErr mit Zorn überschüttet.

Hactenus quæstio mirantis tam inopinatum casum ejus, quam semper firmam & florentem esse permansuram sibi persuaserat: Subjicitur responsio, in quâ modus & autor demonstratur, siquidem Deus summa vi antea exaltatam ac in cœlos usq; evectam urbem dejecit (השליך *cujus emphasis declarata est Psal. 2, 3*) *summo nisu, quam extulit, projicit & terræ allidit, nempe è* cœlis altis in ipsam terram, *confer. Jer. 49, 22. Obadj. v. 4. Matth. 11, 23. protrudit, & sicut solet gigas quidam pumilionem, qui ipsum irritat, corripere & è terra sublatum in solum ita detorquere, ut ille nesciat surgere. Confer Psalm. 102, 11. 2. Reg. 24, 20. ita Jehova multis magnisq; flagitiis irritatus projicit* ornatum ad decorem Israelis, *populi Israelitici, & imprimis Judæ, ipsumq; in ignominia jacentem ac se inde liberari petentem aversatur, id est, quod sequitur,* & non recordatur (*de phrasi vide Hab. 3, 2.*) scabelli pedum suorum, *hoc est, arcæ fœderis, ad quam adorari solebat, & ubi exauditionem promiserat, cui ipse præsens gratiose hactenus velut super Cherubim considens, pedes quasi in ipsam arcam demittere solebat, dum ibi varia ejus auxilii ac consilii vestigia; propter arcam verò istam templum totum erat summæ veneration, ac à multis adoraturis frequentabatur, quomodo Chaldæi interpretis, aliorumq; nonnullorum sententia tolerari poterit. Ut autem prior illa appellatio arcæ melius intelligatur, conferantur hæc loca Ex. 25, 18. 19. 20. 2. Sam. 6, 2. Reg. 19, 15. 1. Chron. 28, 2. Psalm. 99, 5. & 132, 7. Esa. 60, 13. & 66, 1. Ezech. 43, 4. Quando igitur eversa urbe ac templo & arca illa sublata non amplius Deus ibi peculiari ratione præsens est, nec adoratur, non recordari ejus stylo scripturæ, dicitur, i. e. negligere jam ac omnem curam deposuisse, quod ut faceret, summa erga Israelem improbum ira eum adduxit, nempe id alias nunquam facturum vel passurum, nisi in* die iræ suæ, *quando ex furore suo Jerosolymam excidit per Chaldæos.*

השליך

Scabellum pedum Dei.

Non recordari.

יעיב

יעיב *obnubilabit.* עב *nubes densa* ענן *nubes quæcunque. Illa autem est vel gratiæ vel iræ, ut pleraq; alia similia diverso respectu in bonum & malum adhibentur, & de iis, quæ Deo tribuuntur supra dictum. Videantur plura ex totis bibliis collecta in proœmio disputationis de dicto 1.Tim.1,15. ubi pluribus explicatum illud Esa.44,22. Deleo ut nubes iniquitates tuas. Vide 3. edit. exercitat bibl. lib.4. AbenEsra hoc quoq; refert ad id quod sequitur, nubificat, id est, ad nubes extollit, ut tanto fortius dejiciat, sed sine causa. De voce* אף *vers. 11.* ארני *v.15. de phrasi, filia Sion v. 6. Addi his possunt vox filius & filia accipitur in sacris vel propriè, & tum parentum nomen additur, Luc. 3. vel impropriè. ita sæpe occurrit cum genitivo diversimodè. summa huc redit. Genitivus significat vel substantiam vel accidens: quum illam notat, genitivus mutatur in nominativum, ut filius hominis i. e. homo, quo plerumq; notatur ἐξοχή in Christo, quod in N. T. vulgatum de Christo. sic, filii taurorum Sir.38, 27. filii pauperum Psal. 72,4. Filia Zion, Babel, Jerosolyma. Huc refero, quod apud Homerum, filii Græcorum, id est, Græci: filii medicorum, id est medici. Quando accidens denotat, per adjectivum vertitur genitivus, & designat rem, quâquis est prædituS, vel cui est deditus Vide Exercitat. Bibl. & Riberam in cap.10. Hos. num. 28.29. Taubmannum ad Plautum in Amphyt. Act.1. Sc. 1. u.274. Drusium in quæst. & Resp. lib.1. quæst. 6. sit filius iniquitatis i.e. iniquus &c.* השליך *explicatur illo vulgato, tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. R. D. K est significatio ejus* רמיה יהפלה, *id est, ejaculationis & projectionis. ut enim sagitta quô altius in aërem eam quis arcu jaculatur, eò majori cum impetu decidit, quod probant etiam physici, ita de hoc casu, imò dejectione Jerosolymæ habendum. Nullus enim major casus, quàm luciferi, Phaëthontis, Icari, siquidem ex cœlis. Cœli dicuntur* שמים *vel quasi* שא מים *sustine aquas vel* שם מים *quæ omnium optima etymologia & Kimchi probata, ex qua tamen num possint probari aquæ supercœlestes. viderint alii; litem jam non facio meam. Quidam hoc nomen componunt ab* מים & אש, *quod ignis & aqua in cœlo. Id noto, quum mihi non sit propositum omnes significationes vocum enarrare, vocem cœli pro ipso Deo metonymicè poni in lib.1. Mach. passim c.3. 18. 19. 60. & 4, 10.*

Nubes.

Filius & filia.

השליך

שמים

Cœlum i. e. DEus.

10. Daniel. 4, 26. Matth. 21, 25. Luc. 15, 21. *Ita est dejici è cœlis, à Dei facie projici, & certè utrumq; hic notatur.* ארץ *Terra appellatur & convenienter naturæ, quia semper stat, non movetur, ut docuit Copernicus:* ארץ *non currens est.* אי *enim notat non, ut* 1. Sam. 4, 21, 22. אי קבוד *non gloria, vocatur filius posthumus, quum gloria Israelis esset ablata. melior hæc originatio quàm illa altera Kimchi, quod sit corpus sphæricum & circa illam alia currant, melior quàm Fagii Etymologia, qui à* רצה *vult deducere, id est, voluit, quod semper velit fructus proferre terra; Magis ad rem quadrat illa alterius, quasi sit à* רצץ *trivit, quemadmodum terram â terendo dictam quidam volunt; hinc autem possunt illa Germanica deduci* Erd/Erde. *Israel unde vocetur, biblia sacra in-*
ישראל *dicant Gen. 32, 28. à* שרה & ארל *ut sanè nugas magnas magno conatu agat, qui velit cum Hieronymo persuadere, esse id nomen ex hisce constatum* איש ראה אל: *vel cum Lyra & aliis, quod sit à* ישר *rectus fuit. Id noto aliquando Israëlem nomine*
ישורון *inde appellari Deut. 32, 15. & 33, 5. 26. Esa. 44, 2. a rectitudine vel appellatione sumpta à termino à quo, vel Synecdochicè, ut urbs opulenta, Academia docta, Ecclesia sancta nominatur. Ubicunq; Deus se maximè manifestat, tam gratiosè ut ad arcam fœderis, quàm potenter ut in terra Es. 66, v. 1. Matth. 5, 35. Act. 7, 49. ac præcipuè inter hostes Ecclesiæ Ps. 110, 2. 1. Cor. 15, 25. Act. 2, 35. Heb. 1, 13. & 10, 13 ibi est quoddam Dei velut scabellum. Semper autem consulatis textum authenticum: videbitis plura ibi dici, quam in*
Psal. 99, 5. *multis versionibus, sic Psal 99, 5. vulgatus ubi habet, adorate scabellum pedum ejus, pontificii probare nituntur, licere adorare statuas, eò quod sint itidem μνημόσυνα Dei; sed textus Hebræus habet, incurvate vos & adorate ad scabellum seu coram scabello pedum ejus, quia sanctus est ipse, nempe Deus, de quo antea egit, in commate priori. Notat autem in genere subjectionem, videatur Jacob. c. 2, 3.*

Mala unde? *Usus I.* Obtegit nube iræ suæ Dominus) *Mala non sunt fortuita, sed omnia ab imti DEI dextera, Amos 3, 6.*

II. Filiam Sionis.) *Si ignis iræ divinæ ita sævit in ligno parum florenti, quid futurum est prorsus arenti? Luc. 23, 31.*

Si

Si DEUS ita tractat filium, quid faciet immorigerâ ancillâ? Gal. 4. v. 30.

III. Dejicit è cœlis in terram ornatum Israelis.) *DEUS ut sua bona dat piis, ita eadem adimit impiè viventibus.*

IV. Non recordatur scabelli pedum suorum) *Ut DEum non impedit ulla loci majestas (sicut in præcedenti comate vidimus (sic nec ulla loci sanctitas, quò minùs eum vastet & perdat. Hæc enim ipso præsente adsunt tantum, abeunte abeunt.* Loci majestas.

Mysticè) *Peccator obtegitur nube ignorantiæ, quando Sol justitiæ abiit, nube miseriæ, ubi non amplius ei lucet facies patris Psal. 80. dejicitur è cœlis, ubi erat πολίτευμα ejus Phil. 3, 21. in terram, ubi se omnis generis vitiis velut sordibus involvit ac maculat, ornatu suo veste justitiæ, Es. 61, privatur, & DEus ejus non amplius recordatur, ut ad eum accurrat in periculis. Sic Nahas volebat eruere dexterum captivis oculum, 1. Sam. 11, 1. Diabolus autem caliginem affectuum obducit, quò minus verum lumen multi videant, Ps. 36.* Peccator.

Vers. 2.) In privatis & publicis opibus multum solet esse præsidii, ut Resp. vel conservetur, vel lapsa restauretur: verùm in regno Judæ nil quicquam restat penitus sublatis I. omnibus habitaculis II. urbium propugnaculis. III. regni gubernaculis. Subitò & funditus tollit Jehova: omnia ædificia, ut qui absorbet aliquid, בלע deglutivit, *perdidit Dominus, Luth.* der HErr hat vertilget/ omnia habitacula Jacobi, *id est, posteriorum Jacobi,* & non usus est clementiâ *erga pauca quædam, quæ servaret,* destruxit in excandescentia sua munitiones filiæ Judæ, deturbavit & *dejecit eas ex imis suis sedibus revulsas* in terram *Luc. 19, 44. & sanctus ille Israelis seu DEus (quomodo appellatur hinc inde & passim apud Esaiam c. 30, 11, 12. 15.* (ut rem profanam abjicit regnum & principes ejus, *atq; ita pollutos ejus esse incolas ac præsides demonstrat. Quò pertinet regula satis bona, si modo benè applicetur, quod quædam verba in Piel & Hiphil potiùs declarationem quàm actionem aliam denotent. Flac. in reg. scrip.* quando *verba quæ aliàs esse aut fieri quid significant, sæpe causæ illius actus* declarave- Verba in Piel & Hiphil notant alitionem.

ve indicationem, opinionem, cogitationem denotant. Wegenmejerus in Gram. tab. Vide Hunn. de providentia, Chem. parte 1. L. C. L. 5. Helvic. in Gramm. Hebr. Signat contra Irenicon Parei. Notum est illud Matth. 6, 13. μὴ εἰσενέγκῃς *ne sinas induci, ut Beza ipse ex Aug. explicat, confer Jac. 1, 1. 13. 1. Cor. 10, 13. Breviter, ita Deo hic tribuenda actio & directio, ne lædatur ejus justitia vel misericordia; Permittere est ex certa voluntate, certis de causis, certo decreto facto concedere, non autem permittere, ut causæ secundæ agant, ut simpliciter volunt, & quousq;. Ad summam, si permissio statuenda, non erit otiosa. Peccata enim non fiunt Deo volente, nec nolente, sed non volente; qua de re eleganter Bellarm. l 2. de amission. gratiæ & statu peccati c. 16. non habet Deus positivè velle aut nolle, sed negativè non velle. Alia exempla, quibus declaretur illa superius posita regula, non cumulo, tantùm quæ ad hanc nostram phrasin spectant, pauco addo, Ezech. 20, 29. Impurabo i. e. impuros declarabo. Luth.* verwarff sie mit ihrem Opfer/ *Actor. 10, 15. & 11, 9.* Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου, *quæ Deus jam voce sua pro puris declamavit, tu ne pro pollutis habeas. Vide D. Frantz. de interp. script. à pag. 365. usq; 372. & scies, quæ sit scripturæ analogia. Hæc de illa regula, quæ finem superiori lectioni imposuit: nunc percurramus verborum & phrasium emphases, unde omnis vera oritur explicatio.*

Permissio DEI.

בלע

בלע *inde sine dubio bolus & balæna, aliter tamen hoc expressit Græcus* κατεπόντισε *mersit profundo Matth. 18, 6. & aliter Latinus, præcipitavit; ille metaphoram ab iis sumsit, quæ in mare immerguntur; hic ab iis, quæ de saxo vel rupe præcipitantur. Utraq; satis emphatica locutio; vim Hebræa tamen non exprimit, quam licet illustres ex his locis & historiis, imò horrendis Dei judiciis Exod. 15, 12. Num. 15, 30. 32. 34.* נאורת *significat habitacula*

נאות

quævis & caulas. Chaldæus autem dum vertit עדירת *& gratus dum habet* τὰ ὡραία *videtur legisse* נורת *ab* אור *expetivit, in*

עברה

Niphal, Decorus fuit עברה *notat excandescentiam, iramq; longè maximam, quæq; nomen habet à pervadendo, vide v. 25. & 26.*

הגיע

Deut. 3. ubi utraq; hujus verbi significatio, imò & tertia in quadam particula adjicitur, ut notavit Reuchlinus הגיע *pertingere fecit, seu deturbavit illatâ plagâ, quod valdè emphaticè dicitur, ut cum*

quis

quis vulnus lethale in capite accipit, quando terræ affligitur. Vis autem scire, quomodo Deus declararit Judæos sua illa electa vasa sacrisq; usibus destinata fuisse per se polluta, cogites quomodo eos gentibus pollutis in servitutem tradiderit, qui iis usi pro libitu inpollutis.

Usus I. Absorbet Dominus omnia habitatula) *Ædes, quæ non sunt Dei, angelorumq; sanctorum exempla, sæpe à Deo vastantur, ut fiant ferarum & Diabolorum lustra.* Ædium vastatio.

II Munitiones deturbat in terram) *Contra Dei irati manum non defendit ullum propugnaculum.*

III. Ut profanum abjicit regnum) *Sordes hominum Deus per legem revelat, hypocrisin manifestat, & ubicunq; non invenit fidem, quâ purgantur corda, omnia reliqua ducit polluta & sordida. Actor. 15, 9. Hebr. 11, 6.* Pollutio spiritualis.

Mysticè) *Ubi in Ecclesia hæresis, seu falsa doctrina, in politia tyrannis & injustitia, in statu œconomico discordia regnat, omnia polluuntnr, destruuntur, deturbantur vide Ecclesias à Paulo plantatas, Resp. & monarchias à Deo ipso fundatas, familias splendidas ad dignitates & opes evectas: quando non osculantur cum filiali timore filium, perduntur in ira ad unum momentum.* Causæ excidii.

Vers. 3.) *Porrò, qui potuerit fieri, ut templum sanctum, ædes pulcræ, arces munitæ florescentesq; Respub. in Juda everterentur, explicat, nimirum quia Deus ad justam iram provocatus, hosti non modò non restitit, sed huic vastationis operi ipse potissimum institit, dum I. Israelem exarmavit II. hostes animavit & confirmavit. III. iisq; facilem victoriam paravit.* Amputavit, *succidit*, in æstu iræ suæ, *sup. 1, 12.* omne cornu, *i. e. scripturæ stylo, omnem potentiam ac robur* Israelis, *sumptâ metaphorâ ab animalibus iis, quæ cornibus se defendunt, aliosq; lædunt, & idem, qui solebat suum populum, protegere, manu forti & brachio extento, nunc* adduxit retrorsum dexteram suam, *ne veniat subsidio fugientibus Israelitis* coram hoste, *seu hoc adventante & irruente, Luth. egregiè* da der Feind kam/ *Heb.* מפני אויב, *& melius utiq;, quàm Tremellius qui vertit, ne obsistat inimico: vide phrasin hanc Psal. 31. ratio, quia ob multiplicia & grandia peccata* exar- Cornu.

sit in Jacobum velut ignis flammans, *qui devorat* & absumit circumquaque.

גדע *unde* גדעון *nomen habet, notat potiùs amputare*, גדע *præscindere, quàm confringere, quod est* שבר, *quomodo tamen plerique reddunt: Græcus* συνέκλασεν, *Latinus confregit. Moneo hoc, ut, semper esse textum consulendum authenticum, videatis. Exemplum dabo ex N.T. in disputatione de fractione panis. Melioribus argumentis destituti Calviniani huc decurrerunt tandem, ut* Joh.2,19. *Joh.2,19. Lutheri versionem* brechet dieſen Tempel & *postea* er redet aber von dem Tempel ſeines Leibes / *urgeant. hinc concludunt. corpus Christi esse fractum & ad repræsentationem ejus fractionis frangendum esse panem in cœna. Ridete, quicquid domi est cachinnorum ad hanc collectionem. in textu authentico est* λύσατε, *sed nostræ linguæ idiotismus non fert, ut dicamus,* löſet dieſen Tempel / *ideoq; proba versio, improba versionis detorsio.* אף בחרי אף, *quæ duo etiam alibi passim juncta invenies ad Empasin Exod. 11, 8. Deut. 29, 24. & notant maximam iram ex usu linguæ sanctæ. Nam rectio duorum Synonimorum auxesin & evidentiam notat. Buxt. thes. l. 2. c. 3. nota 5. pag. 332. Drus. lib. 8. observ. c.22. Confer Taubm. ex Rittershus. Act 2. scen. 2. Amph. v.1. Ex* קרן *est hoc Græcum* κέρας, *Latinum cornu & levi immutatione Germanicum* Horn/ *notat autem potentiam, gloriam, sic ctiam Latini, de vino quod addat cornua pauperi, &c. imò & regnum ipsum Dan. 7,7.8. vide Mich. 4,13.* ימין *notat dexteram & potentiam, & quia oriens juxta scripturam est pars mundi anterior, etiam denotat dextra austrum seu meridionalem plagam. Hinc facilè quis conjecturam capiet, cur Jacob suum filium natu minorem vocaverit* בן ימין *tùm quod ipsi in senectute esset futurus instar scipionis, & tam carus & utilis ac ipsa dextra.* בער *significat exarsit, est q; neutrum, ut loquar cum Grammaticis,* שרף *unde* שרפים *dicti angeli, activum, ut Kimchi tradit, unde refutari potest versio vulgata succendit ignem, inde Saxonicum* Barnen. אש להבת *ignis flammans & scintillas projiciens: sed metaphoricè etiam gladio tribuitur hinc inde ob splendorem, ubi ille tersus est & nitidus. Poteram digredi in controversiam, quæ duobus Piscatoribus est de loco Gen.3,23. quid sit* להט החרב המתהפכת: *sed non est tanti.*

De

De igne iræ divinæ, & quomodo dicatur metaphoricè devorare, vide cum alibi, tum Amos 1, 3. &c. siquidem sæpissimè eadem repetuntur. Versio autem vulgatæ versionis ex genere diverso in textu Heb. facile redarguitur. Ignis iræ divinæ.

Usus I. Succidit cornu Israelis) *Ubi DEUS non adest ad exercitum summus Imperator, nullus miles & bonus bellator.* Deus bellator.

III. Adduxit retrorsum dextram) *Ubi DEUS manum suam salutarem retrahit, quicquid stetit, corruit, Psalm. 104, 28. 29.*

III. Ut ignis) *Ubi adest peccatorum multitudo, non abest iræ Dei magnitudo.)*

Mysticè) *DEus misit mundo cornu salutis Luc. 1, 69. Christum Salvatorem & per eundem omnibus manum porrigit lapsis, sed si quis nec ab eo uncto velit inungi donis Spiritus S. nec dirigi, nec corrigi, retrahit manum, Diabolo tradit, atq; ita in ignem æternum detruditur, qui poterat esse cœli incola & hæres, tum adventante Diabolo nullus venit subsidio.* Cornu salutis.

Vers. 4.) Porrò depingit DEum iratum quasi se paret ad prælium, & non modò hostes juvet, verùm etiam iis ducem se præbeat, & ita omnia evertat ac everrat, sumpta similitudine priùs à prælio, posteriùs à fluvio. Ecce enim ut scias jam esse decretum apud Deum, perdere Jerusalem, adduxit arcum suum velut inimicus, *qui ad primam quamq; occasionem ejaculatur sagittam & vulnerare, imò trajicere hostem studet, & simul ut intelligas, quanto cum impetu & vi talis sagitta projiciatur, cogita quod calcaverit hunc suum arcum tendendi causa, (ut habet verbum Hebræum) atq; ita magno nisu ferire pares. vide Psal. 7, 13. & ne credas fore ut aberret à scopo, est* constitutus dexterâ suâ, *in filiam Sion velut scopum collimat, manum utramq; artificiosè dirigens, ut attingat metam* velut hostis, *qui jam obsedit & fere constrictum tenet alium ex castris oppositis, certus ferire quod minatur, ita & Deus studiosè omnia velut ab omni parte præparavit, ne quis elabatur, sed* ut interficiat omnes desiderabiles oculo *pulcros & jucundos aspectu, quales erant Sacerdotes, Principes, flos juventutis.* Dei arcus.

ventutis. Quod ne mirum cuiquam videatur hoc sibi in memoriam revocet, in urbe, quæ erat Dei & sanctorum tentorium, in tentorio filiæ Sionis, effundit excandescentiam suam, *quæ omnia citò & horribiliter consumsit* ut ignis *major*, *unde* παιολεθρία *certissima.*

ררך *inde sine dubio est nostrum* durch/hindurch/ *quia per viam facilè transimus. Tribuitur Deo, homini, & huic inter facienti, arcum tendenti, torcular calcanti. sup. 1, 15.* ררך *notat viam, institutum, vivendi rationem Psal. 1, 1. Est autem in scriptura via numinis, Dæmonis, hominis. Arcus autem Dei notat vim Dei ultricem infra 3, 12. Hab. 3, 9. Apoc. 6, 2. Sicut arcus impiorum notat robur & potentiam eorundem.* נצב *significat eum, qui firmo stat talo, atq; ita quasi ab aliis stabilitus, quomodo ipse situs corporis jaculaturi indicatur. Vide etiam Amos 7, 6. Græcus vertit* ἐστερέωσε δεξιὰν *desiderium oculi dicitur res maximè jucunda visu Confer. Gen. 3, 6. 2. Reg. 20, 6. Ezech. 24, 16. Cara conjux, seu uxor Luth.* deiner Augen-Lust. *ibid. v. 21, 25. ubi uxorem & liberos cuiq; carissimos intelligit; unde hunc locum maxima ex parte illustrabis.* שפך. *Effundi in scriptura de iis usurpatur, quæ magnâ copia effunduntur, ubi non larga manus quædam reservat, sed omnia simul profundit. hinc explicantur illa, effundere cor seu preces, i. e. omnia, quæ aliquem male habent, Deo exponere, 1. Sam. 1, 15. Psal. 42, 5. & 142, 3. effundere iram, quando quis omnes habenas laxat iracundiæ Psalm. 79, 6. sanguinem, quum homo sanguinis profluvio moritur, Gen. 9, 6. contemptum Job. 12, 21. sic sanguis Christi dicitur effusus ob* λύτρων *sufficientiam, etiam Matth. 26, vers. 28. Dilectio Dei ob caritatis magnitudinem, Rom. 5, 5. Spiritus Sanctus, Zach. 12, 10. Act. 2, 33.* כ *autem in hoc versu potius est* ἀληθινὸν *ut supra cap. 1. v. 20. quàm levis alicujus comparationis. Deus enim verè odit & ut hostis perdit suos hostes, id est, malos, quod facit ad emphasin. vide Psalm. 5. plus autem esse* צר *quàm* אויב *ipsa structura vocum, ubi est cliclimax, innuit.*

Arcus Dei.

נצב

מחמד עין

שפך

Veritatis.

כ

Usus 1. Adduxit arcum velut inimicus) *Ut Deus pios amat, ut bonos propugnat, sic malos impugnat Sap. 16, 16. & 17. 1. & 5, 17. 18.*

II.

II. Constitutus dexterâ suâ) *Manum Dei irati nemo potest effugere Amos 9, 3.4. Obad. v.3.4.*

III. Ut interficiat desiderabiles oculo) *Ut Deus tandem facit voluntatem se timentium Psal. 145, 19 ita contrà demum perit desiderium omne malefacientium, Psal.112,9.*

IV. Effundit iram in tentorio Sionis) *Ut misericordia, ita & ira apud Deum est cita, Sir. 5, 7.9.*

Mysticè.) *Quando peccator hortationibus non corrigitur, Psal. 7. Deus illum sibi proponit scopum, in quem conjiciat & ejaculetur æstum furoris sui, Job.7,20. (quod tamen ibi fit in δοκιμασία, aliàs in πωωσει) & tum sagitta omnipotentis, id est, minæ legales, pœnæ reales ipsum cor transverberant Job. 6, 4. Notæ emphases vocum & pondera rerum atq; similium Psal 38, 3. & in ipsa Ecclesia vocatorum probat sibi displicere omne malum, dum punit gravissimè, atq; ita hæ picturæ egregiæ sunt aspiciendæ, quod gravitatem iræ Dei erga peccata declarent, & illa caveamus, hanc timeamus.*

Vers. 5.) *In statu politico nil gravius accidere potest, quàm si urbis omnia ornamenta & munimenta evertantur, omnesq; cives in summum mœrorem conjiciantur, dum bona amissa quærunt & queruntur miseri. Hæc duo in hoc versu explicantur I. Desolationis magnitudo. II. Deplorantium animi ægritudo : Illa exaggeratur à causa efficiente & objectorum varietate.* Dominus *ipse omnipotens est, per quem omnia consistunt, & quo volente sua sede revulsa pereunt,* fuit ut inimicus *vers. 4 quod est longè majus, quàm si homines tantùm contra Jerosolymam bella gererent, quibus poterant aliquo modo resistere, verùm hîc nihil spei in potentia, nisi si quod est in pœnitentia : nam ille qui antea erat pater ac protector urbis, nunc factus est hostis, facile & subitò* absorbet Israelem *sup. v.2. vis clarius ?* absorbet *& evertit planè ac si non fuissent,* omnia palatia *ejus (ubi affixum fœminini generis, quod ad sensum ex idiotismo linguæ sanctæ referendum supra c.1,3. Hos. 4, ult.)* perdit munitiones ejus *privata & publica ædificia, urbis omnem decorem & splendorem. monumenta, munimenta, & quod credibile est, dum res longè carissimæ perduntur,* plurimum affert Dominus filiæ Judæ *quæ erat speciosissima & ornatissima,* mœroris & mœ-

ארמנות

stitiæ *Hebr.* וירב תאניח אנוח *Lutherus* er hat viel Klagens und Leidens gemacht. *vocabula plerag; sæpe explicata* ארמנות אויב ארני ישראל בלע, *dicuntur alta & cœlo minitantia palatia, ut Kimchi vult ob cognationem, quam habet cum R.* תאניח ואניח רום *una litera deficit tantum in posteriori nomine, ut contra solent crescere talia Nahum. 2, v. 10.* כוקח ומבוקהומבלקח *Soph. 1, 15.* שאח ומשואח. *Notat autem ex usu linguæ talis reputatio distributionem, q. d. ab omni parte, hinc & inde, imò nullus angulus dolore vacat.*

Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago.

Vulgatus quid sibi velit, vix quis capiat, dum genera mutat, & ex abstractis concreta, dum vertit humiliatum & humiliatam, nisi hoc velit, nullum fore immunem ab hoc malo;

Mœrebit tanto fœmina virq; malo.

In textu Græco magis ab Hebræo textu receditur, ἐπλήθυνε τὰ πεινάμω, καὶ πεπεινωμένη. *Eadem hæc verba Hebræa extant, Esa. 29, 2. ubi summa & incredibilis anxietas intelligitur.*

Usus Ubi regnant peccata, tandem in Deo oritur maxima indignatio, in hominibus tristissima ejulatio, Deus fremit, homo gemit. vide Sirac. 16. v. 10. 11. 12. 13. 14.

Mysticè) *Sensu vero indicato ad pœnitentiam hoc transferimus. Ob peccata DEus homini fit inimicus, qui aliàs eum plusquam paterno, Psal. 103. materno Esa. 49. fraterno Joh. 20. amore prosequitur, & removet & tollit, quicquid ipsi resistit: absorbet palatia propriæ sanctimoniæ simulatæ, & munitiones bonorum operum, Luc 18. atq; ita plurimum mœroris excitat, ut homo deploret admissa peccata, & fiat filia Judæ, id est, talis, qui confiteatur sua peccata & Deo gratias agit pro gratis impetrata venia, cujus exemplar evidens est in Davide Psal. 51.*

Versus 6.) Suprà v. 1. dixit Jeremias, Deum dejicere ornatum Israelis, & non recordari scabelli pedum suorum: quum igitur de ornatu jam explicuerit v. 5. nunc de illo sacro scabello incipit tractare, & hoc versu sacra omnia esse ablata conqueritur, nempe I. Dei protectionem. II. Festorum celebrationem. III. Civilem

vilem & Ecclesiasticam juxta leges administrationem. Quum autem Ecclesia crebrò conferatur horto, cum alibi, tùm in Cantico Canticorum, ad eandem similitudinem hîc primùm alludit, & ut hortus sæpe circumdatur, ne à feris vel aliis herbæ conculcentur, aut eruantur: ita ipse DEus Ecclesiam illam Israelitarum, velut vineam cultam maceria, muro, sæpe circumvallavit, dum ipse non modo sua manu forti fuit ei murus igneus, Zach. 2,9. verùm etiam lege forensi & ceremoniali velut coarctavit, & ab omnibus reliquis gentibus discrevit velut pariete intergerino, Ephes. 2,14. imo miraculis à se editis ornavit & firmavit, contra omnes hostium impetus; nunc cum hortus ille degeneres plantas tantùm contineret, & pro uvis labruscas ferret, hortum antea diligenter cultum nunc studiosè cupit vastari, & velut vi abrupit, non ipse quidem injustè, sed tanto cum ardore, quo illi agunt, qui violentiam exercent, sepem seu tugurium suum velut in horto hortulanus eruit inutiles plantas, eradicat arbores ociosas & infrugiferas, vel suum tugurium de uno loco in alterum transfert, ita Deus jam suam Ecclesiam violentiæ hostium tradidit, qui pro libitu grassantes ex ejus voluntate omnia vastant. Confer Deut. 31,18 Psal. 80,13. & 89, 40. 41. 42. Esa. 5, 5. Jer 2,21. & 12,10. Matth. 20,1 & 13, 38. perdit locum conventus sui seu sacri seu Ecclesiastici, dum templum per Chaldæos voluit incendi, & quum non esset locus, ubi conveniri poterat Jehova, fecit ut obliviscerentur homines (Heb. שכח in piel, quod etiam Lutherus observavit) in Sion celebrare solennes & statas ferias singulis annis recurrentes, aut singulis septimanis Sabbathum ex Dei promissione, lege, atq; adeo more antiquo instituendum. ratio est, quod nemo etiam sit, qui procuret vel in statu politico vel Ecclesiastico, quandoquidem execratus est vehementerq; spernit ac irridet amarè in indignatione iræ suæ & regem & sacerdotem. Hortus Dei.

חמס est more prædonum & latronum violenter rapere, quod faciunt χειροδικαι. vide Habab. 1,2. βιαται. estq; חמס tam atrox peccatum, ut propterea diluvium mittere Deus necesse habuerit, Gen 6,13 vide Psal. 7,17. Deo autem tribuitur saltem potentia & ardor diripiendi justè quæ prædones rapiunt injustè, ut, suprà dictum כבן. Variæ sunt explicationes. Quidam discooperuit tu- חמס

gurium suum, ut plantæ & stirpes, dum sunt ornatæ foliis fructus ab injuria cœli aliquomodo defendunt, ac istis ablatis decor perit, fructus marcescit, soli cœliq; injuriæ expositus. Et quam facile ventus perflans hortum decussit honorem, sic Deus Israeli in ira sua omnia aufert. vide Psal 103. Alii, ut hortulanus facilè herbas evellit, ita Deus hos malos homines. Quidam: ut tugurium suum hortulanus diruit, ubi sub autumnum nulli fructus deinceps sunt colligendi: ita Deus suum templum vult dirui, ubi Israelitæ non ferunt fructum bonorum operum. Alii: ut sepes demitur horto, qui non fert fructus, ita omnia monumenta Judæis malis. Quidam etiam, dissipavit tugurium suum Deus, quod erat simile horto eleganti. Alii deniq; per tabernaculum intelligunt protectionem Dei. ut enim quis in eo tutus est, ita homo à Deo obumbratur, Ps: 91, 1 & 27, 5. Parum autem discrepant hæ sententiæ & facilè conciliantur: tantum ab eodem horto & sæpe vel etiam tugurio sumptam similitudinem diversimode applicant. Ratio etiam diversitatis inde, quod quidam deducant à סכך *obtexit, quidam à* שוך *obsepsit. prior usitatior plerisq; significatio, unde Græci σκηνωμα, Latinus tabernaculum, Lutherus* gezelt. *Reliqua superius sunt explicata, nisi quod Lutherus eleganter vertat* שבת, Der HErr hat zu Sion beyde Feyertage und Sabbath lassen vergessen.

Usus I. Vi abripit sepem suam) *Qui sub umbra alarum Dei non vult piè latitare, hunc solet Deus omnibus præsidiis denudare.*

II. Perdit locum conventus sui) *Quando templum impietate indigenarum fit spelunca latronum, mox fit desertum struthionum, aut lustrum prædonum.*

III. Execratur regem & sacerdotem) *Quum reges & sacerdotes in officio sunt negligentes, ab officio abdicati mox degunt sine honore omnium rerum egentes.*

Ecclesia hortus.

Mysticè.) *Hortus Dei est Ecclesia, ubi bona cogitationes sunt flores, bona opera fructus, Christus Sol, verbum Dei pluvia, hujus horti sepes est Dei providentia, tugurium templum est cor hominis. Ubi verò aut nulli aut mali apparent fructus, & sepes messis*

messis decollat, perdit Deus locum conventus sui, quò ipse Joh. 14, 23. cum angelis solebat convenire, 1.Cor. 3,17. c. 16,19. & 2. Cor.6,16. spernitq; & execratur quicquid vel Rex in statu politico vel Sacerdos in Ecclesiastico facit, eosq; qui cultui divino vacare nolebant, labore supersedere facit.

Vers. 7.) Quod sæpe jam annotavimus, hic quoq; observandum est, sæpius eadem ingeminari, quæ malè habent Prophetæ & Ecclesiæ Judaicæ animum. Nam hîc quoq; illa omnia, quæ sunt rara & cara in statu Ecclesiastico, altare, templum; in politico palatia egregia, esse sublata, deploratur, & contra hostium insultatio atq; ἐπιχαιρεκακία incusatur. Duo itaq; hic advertenda. I. Quæ sit Judæorum miseria. II. Quæ inimicorum lætitia. Repulit *atq; à se longè removit* Dominus altare suum, *velut rem molestissimam & odiosam, in quo antea sacrificia sibi offerri volebat gratissima, & detestatur, velut anathema* suum sanctuarium *seu templum, in quo peculiari ratione habitabat, Luth:* er hat sein Heiligthum verbannet *tradidit, imò concluſit,* in manum inimici murum palatiorum ejus, *urbis scilicet sanctæ, atq; hac ratione facile omnia occuparunt, & ipsi hostes, homines gentiles, quibus ne quidem templum ingredi licebat, id involarunt, diripuerunt, despoliarunt,* & vocem ediderunt *lætam, ut victoriæ certum signum* in domo Jehovæ, *qualis solebat edi à Judæis* die conventus publici, *fusis precibus, laudibus decantatis, gratiarum actionibus habitis, præsertim in tribus illis festis solemnioribus, quum ex omnibus Judææ angulis omnes confluebant Jerosolymam sua vota exsolventes, lætaq; & gnta voce Dei beneficia prædicantes.*

זנח *significat removit magno studio, repulit à se longissimè, quod Græci satis benè reddiderunt* ἀπώσατο, *quod verbum in N.T. reperies non sine emphasi, Act. 7,27.39. Rom. 11,1.2. Confer. 1. Timoth.1,19. plus tamen* נאר *quod notat velut maledictam rem planè execrari (ob cognationem Radicis* ארר*) ut longissimè à se abesse velle, vel corde toto detestari, quomodo Kimchi* ענין הרחקה והשלכה מן הלח *significatio ejus est, elongare à se, & ex corde projicere, ex animo exspuere, non malè dicas cum Comico etiam. conferri possunt quæ suprà v. 6. de voce* נאץ *sunt allata, & quæ habentur*

זנח

נאר

bentur Psal. 89. 40. Græci hîc iterum egregiè ἀπεπίναξεν, i.e. cum impetu velut pulviſculum aut ſerpentem excuſſit. Vide & expende loca, Luc. 9,5. Act. 28,5. Matth. 10,14. Act. 13,51. יד non tàm manum quàm potentiam hîc notat, ut ſupra aliquoties, ut dicimus, hoc eſt in manu tua poteſtate tua.

Dare vocem.

vocem dare *eſt magna vi proferre ſonum & h. l. triumphi ſeu tantus poſt victoriam* Πανικὸς *quomodo puto eſſe accipiendum illud Græci,* Φωνὴν ἔδωκαν πολέμου. *Iterum verò ex ipſa ſubjecta materia nominativus ſupplendus eſt, ut antea indicatum eſt.*

Nemeſis.

Uſus I. Repulit DEus altare ſuum. *Ubi eſt ſine pietate ara, ſequitur ſine ulla commiſeratione divina* ἀρὰ : *Et ubi tantum eſt hypocriſis, mox adeſt Dei nemeſis.*

II. Vocem edunt in domo Jehovæ. *Qui non audiunt attentè concionem verbi Dei ſonantem, coguntur audire militem bombardatonantem, & quando nemo ad templum cum devotione accedit, Deus mox ſuâ gratia recedit, omniaq; perdit.*

Myſticè.) *In altari offerebantur ſacrificia, victimæ, thymiamata: illa in N.T. ſunt preces, & alia bona opera: & ipſum corpus hominis eſt Dei templum. Quando autem abeſt fides, illud altare cum ſuis donis, templum hoc cum aliis ſuis bonis abjicit, Diabolo, ſeu hoſti generis humani incolendum tradit, qui poſtea pro voce laudis ibidem edit vocem fraudis, pro oratione execrationem, pro Dei invocatione blaſphemiam.*

Verſus 8.) *Mirari quis poſſet, qui urbs tàm ſancta ita polluatur: Reſpublica tam potens ita evertatur: ſed mirari deſinet, ubi cauſam noverit, ſiquidem vis major quædam adeſt, nempe certum DEI decretum, de everſione urbis factum, ubi ſpectandus DEI decretum, de everſione urbis factum, ubi ſpectandus I. Dei in decernendo animus. II. ejusdem in expediendo decreto manus.*

Extendit regulam.

Cogitat *ſeu decernit* Jehova corrumpere muros filiæ Sionis, extendit regulam, *ut evertatur funditus & æquetur ſolo; metaphorâ â fabro lignario ſumptâ, qui extendit amuſſim ſeu regulam ſuper lignum, ut eâ præmonſtrante ſciat, quæ partes, ut inutiles reſecari debeant. Confer 2. Reg. 21,13 Eſ. 34,11. 17. & 46,10. & 28, 17. & 18, 2. 7. inprimis inſpice ea, quæ habentur Amos 7,7. 8. 9.* nec retra-

retrahit Deus manum suam, *quin absorbeat, quin opere ipso expediat, quod mente cogitavit, ita facilè* luctum affert præmunitioni & muro, *ut* simul langueſcant, *& ad ruinam luctuosam veluti mortem spectet Reip. illud corpus afflictum.*

חשב *notat cogitavit, imputavit, estq; illud vocabulum, quo Spiritus S. utitur in L. de Justificatione, Psal. 32, 2. quodq; per* λογίζεσθαι *exprimit Apostolus Rom. 4. ubi decies repetitur; estq; imputatio duplex, una per* ἄφεσιν, *quando Deus injustitiam, quæ revera adest, habet ac si non adesset, Rom. 4, 8. 2. Cor. 5, 19. altera per* ἴσιν, *quando justitiam Christi, quæ subjectivè non est in homine, verè imputat, atq; ita habet, ac si ab ipso homine justificando adesset. Breviter, condonantur peccata quæ adsunt, donatur Christi justitia, quæ aberat, & hac ratione Deus dicitur justificare impium; puta ex se & in se talem, Rom. 4, 5. Estq; ratio loquendivel à sponsoribus, qui sibi volunt imputari debitum alterius, solutionem autem à se præstant; vel à calculis arithmeticorum; qui perinde valent ut collocantur.* Extendit regulam: *Duplici nomine hoc fiebat, vel quando aliquid artificiosè exædificatur, Zach. 1, 16. Jer. 31, 38. vel studiosè desolatur ac vastatur. Ubi hoc indicatur, magnâ cum diligentia & velut ad amussim ab hostibus provideri, ne quid ex ruderibus etiam super terram emineat. Ad Deum quando refertur, id innuitur, ipsum judicium esse culpæ adæquatum, & supplicium juxta mensuram criminum infligi; Ubiq; apud homines requiritur aliqua deliberatio, ut omnia rite & ordine fiant: ita etiam* ὡνθρωποπαθῶς *eadem hîc Deo tribuuntur, quod diu cogitaverit & deliberaverit, tandemq; decreverit, æquum esse, ut Jerosolyma per Chaldæos evertatur funditus. Quando autem vocem Hebræam* קו *vulgatus Latinus reddidit funiculum, multi interpretes, hic de funiculo agi putant, quo solebant portiones agrorum distribui, & ex suis concordantiis Latinis citant Psal. 16, 5. ubi in textu Hebræo* חבלים, *Psal. 78, 55.* חבל *Psal. 119, 61.* חבלו רשעים *Egregii autem loci paralleli. Sic 2. Sam. 8, 2. ubi & nomen* חבל. *similitudo quædam & analogia potest inde ostendi, sed hæc phrasis, extendere regulam, longè alia est.* אבל *luxit, hic per insignem prosopopœjam tribuitur muro. vide Joel. 1, 10. 12. Psal. 6, 3. 4. ubi etiam de verbo* אמלל *ne opus sit actum agere.*

חשב

Imputatio duplex.

Rom. 4, 5.

Duplicitер extenditur regula.

קו

אבל

Id

Id tamen addo, quod habet Kimchi, quando אבר *occurrit cum* אהלי חל *significat excidium, desolationem & devastationem.* חל *vero notat antemurale seu præmunitionem,* ein Zwinger oder Quinger/ *Esa. 26, 1 Nah. 3, 8. Psalm. 122, 7. Græci habent* περιτείχισμα *Kimchi & AbenEsra putant esse fossam, quæ ambit murum.*

Deus cogitat.

Usus I. Cogitat Jehovah) *Ut homo vitam agit, sic Deus de eo cogitat, sive in bonum, Psalm. 40, 18. vel in malum. Jer. 18, 8 11.*

Dei manus.

II. Non retrahit manum quin absorbeat) *Sic DEI manus etiam vel in auxilium vel exitium extenta Esa. 65, 2. & 9, 12.*

III. Luctum adfert præmunitioni) *Nulla salus muro, quum Deus concutit, vide Jerichuntem, Jos. 6.*

Mysticè) *Regula morum & judiciorum Dei lex est, ad quam si quis suas actiones ipse non exigit, tandem Deus rigidè singulas examinat, 1. Cor. 11, 31. 32. nec retrahit manum, quin infernus impœnitentes absorbeat, Es. 5. Num 16. luctum verò affert iis omnibus præsidiis, quibus se tutos esse putabant, qualia in papatu missæ, oblationes, indulgentiæ, &c.*

Versus 9.) *Per* θρηνολῶ *eadem crebrò exaggerat Propheta, & hic denuò deplorat, quod sit facta vastatio tam in foro, quàm Choro, dum sublata esse dicit in politia justitiam & potentiam, in Ecclesia legis & prophetiæ excellentiam, atque adeo nunc sint Judæi sine rege, sine lege, nullo præsente Reip. columine, nullo Ecclesiæ lumine. Quæ antea altissime capita efferebant, nunc* demerguntur in terram portæ ejus *quasi terrâ divinitus ipsis dehiscente subsidunt, judicia omnia, quæ in illis exerceri solebant, sunt sublata, vide supra c. 1, 4. & si qua alibi sunt propugnacula, etiam Jehova evertit, perdit &* corfringit vectes ejus, *i. e. scripturæ stylo, potentiam & munitiones. Confer Amos 1, 5.* Rex ejus & princeps ejus urbis *in exilium abducti jam vivunt* inter gentes, *aliorumque imperio parere necesse habent. Neq; minus malè se res habent in statu Ecclesiastico, ibi* non *amplius* est lex, *sunt sine institutione ex verbo Dei, quæ solebat fieri per Sacerdotes & Levitas; nemo publice moralem legem in conventibus publicis sup. v. 6, 7 proponit*

nit aut exponit, nemo forensem aut Ceremonialem observat, est q3 lex divina Judæis lata, ac si non esset, quando ipsi legibus gentium constringuntur. Luth. da sie das Gesetz nicht üben können / & prophetæ ejus non inveniunt, *id est, non habent præsentem, sic infra v. 16.* visionem חזון à Jehova: *qui eam revelat. vide Amos 1,1. Obadj. 1.1. Rarò enim tunc Deus, & aliquanto serius, etiam Prophetas in captivitate, mortuo Malachia in V. T. nullos misit, qui voluntatem Domini annunciarent, Psal. 74, 9. vide Malachiæ prolegomena statim ab initio p. 3.*

טבע *immersus fuit. quis dubitet inde esse nostrum* taufen/ *quod est* βαπτίζειν? *Est autem strictè mergi luto tenacissimo, Ps. 69, 3 15. Exod. 11, 25. & 15, 4. quia verò qui in aquam mergitur, perit, per metalepsin notat interire, perire quocunq3 modo, ut h. l. excidium portarum vocatur immersio, & interitus gentium, itidem, Psal. 9, 16. Risu igitur dignæ illæ nugæ R. Salomonis Jarchi, qui ex Midrasch Agada hæc refert: hostes ideo non potuisse in portas urbis sævire ac grassari, eo quod honorem arcæ Domini aliquando habuerint, quando illam David primus in urbem introduxit. Tunc enim illas ad verba illa Davidis Psal. 24.* attollite capita vestra, *ut tanto commodius arca transiret, vel honor haberetur, aliquanto altius in aerem suos fornices extulisse: ideoq3 hoc datum iis loco præmii, ut manus hostium evitantes in terram demergerentur. Inportis autem, quia erant judicia constituta, Deut. 16, 18. illis eversis hæc etiam conticuerunt. Non ergo necesse est, ut per portas, regem, per vectes principes ipsos hîc literali sensu intelligamus cum quibusdam interpretibus, præcipuè quum eorum aperta fiat etiam hîc mentio. Est enim rythmus in textu Hebræo* שערה נבעו ברחוה נבעו *quod in passiva conjugatione occurrit, quod nemo nisi vocatus & jussus prophetare debet Hag. in 1. membro prolegomenon p. 2.* מצא *proprie notat invenire, sæpe etiam quocunq3 modo consequi, Prov. 1, 13. & 18, 22. Luc. 1, 30. Heb. 9, 12. etiam id, quod nunquam quæsisti, ut hoc etiam loco.*

טבע

Fabula Judaica.

נבא

מצא

Usus I. Demersæ sunt portæ) *Ubi regnat judicum incuria, & impùne aufert omne factum suum violans subditorum injuria, non diu subsistit curia.*

II. Prophetæ non habent visionem) *Ubi non est Dei visio, ibi tantum cernitur Diaboli illusio & irrisio, 1.Cor. 12, 2. Accommodatio horum ex superioribus patet.*

Vers. 10.) Ex jam enumeratis multis & magnis malis non est dubium, quin ingens exoriatur luctus: ille nunc porro signis quatuor, nempe dum 1. sedentes humi conticescunt, Luctus signa. *2. Pulverem capiti imponunt : 3. Ciliciis se accingunt, & 4. caput in terram demittunt, atq; tàm seniorum quàm juniorum, tam virorum, quàm fœminarum mentione synecdochicâ declaratur, ut & luctus magnitudinem & lugentium multitudinem considerans aliquis de veritate doloris & mœroris nil dubitet.* Sedentes humi, *qui antea superbi incedebant, vel curru precioso, aut equo generoso vecti se ostentabant,* conticescunt, *qui antea de Reip. flore lætabantur, de incremento ejus se jactitabant, & tantum non triumphabant,* Seniores filiæ Sionis *quod signi satis est status miseri vide Job.2, 8. 13 & 1, 20. Psal. 22, 30. & 137, 1. Es.3,26.* Impone-re pulve-rem capi-ti. *2.Sam.12, 16. Es. 47, 1. 5. Jer. 13, 18. Ezech. 26, 16. Psal. 38, 14. 15. & 39,3.* Imponunt pulverem capiti suo, *quod est eorum, qui in re desperata vel ipsam terram subire parati sunt Jos. 7,6. Actor. 13,51. 1. Sam.4,12. 2. Sam. 1,2. Job. 2,12.* accingunt se ciliciis, Sacci. *saccis seu vestibus lugubribus arctioribus, Joel.1,8.13. Jon.3, 5.9.* & demittunt in terram caput suum *præ nimia afflictione,* virginis Jerosolymorum, *ut solent flores jam flaccescentes ac interitui proximi.* Erectus Dejectus. *Ut enim homo lætus erecto vultu incedit, vide Psal. 3, 4. Zach.2,4. Esa.3,17. ita contra tristis dejecto in terram capite se infert Gen.4,5. Conf. Esd.9,4.5. 1.Reg. 21, 27.29.*

ישבו לארץ *Græci pro verbo,* ἐκάθισαν εἰς τὸν γῆν, *sed medius Latinus & Lutherus,* sie liegen auf der Erden / ירמו *vel* רמם רמה *siluit, irregulariter,* es ist aus mit ihnen / sie sind dahin / Silentes. *Ut enim Latini mortuos vocant silentes, inferos regna silentia : sic etiam Hebræis uno verbo & silere & exscindi seu mortuum esse denotatur. vid. Obad. 5. Oppositio notetur in illis phrasibus* העלו & הורידו *fecerunt ascendere, fecerunt descendere, quæ habent majorem emphasin, quàm Latina aut Germanica. Græci voluerunt exprimere vertentes* ἀναβιβασαν, κατήγαγον, *quamvis in hoc postremo commate* ראש *sine dubio frustra per* ἀρχηγοὺς *conen-*

tur

שק

tur exprimere. שק *est illud verbulum quod solum mansisse in omnibus linguis dicitur, parva saltem mutatione facta,* Sack/ Teck *Danis, saccus,* σάκκος, *Matth.11, 21. &* אסכ *per metathesin Chald.* שקא *Syr.* סקא *sacco. vide Becman. de originib. Lat. ling. Helvvigium, & alios.*

Usus I. Seniores sedentes humi conticescunt) *Duo honoris ergo deferri solent senioribus, locus honoratior, & sermo crebrior, Lev. 19,32. Job. 32. 6. 7. 9. Sirac. 32,9. 12. Sed ut corona ornatissima est canities, quæ in via justitiæ invenitur, Prov. 16,31. & senex impius ac stolidus à Deo & hominibus irridetur, Eccles. 4,9. & omni dignitate sibi concessa privatur.* Honor senum. Senex impius.

II. Imponunt pulverem capiti suo) *Qui se esse pulverem & cinerem* עפר ואפר *cum Abrahamo Genes. 18, 27. agnoscit, maturè peccatorum suorum veniam debita cum humilitate poscit.*

III. Accingunt se ciliciis) *Ubi fuit in vestitu luxus, sequitur luctus.*

IV. Demittunt in terram caput) *Qui noluerunt erectos ad sidera vultus tollere, coguntur capita in terram demittere.*

Vers. 11.) *Quid ad hæc mala Jeremias? quod potest, testatur suam* συμπάθειαν, *& exponit populi miseriam, illa probatur lachrymarum profusione & viscerum commotione: hæc exaggeratur parvulorum misera conditione: hæc exaggeratur parvulorum misera conditione:* Deficiunt oculi mei lachrymis, *Lutherus,* Ich habe schier meine Augen ausgeweinet/ lutulenta fiunt viscera mea, *supra c. 1,20.* effunditur in terram jecur meum, *vel quod sanguis à jecore profugit velut profusus in terra, vel quod ex indignatione, & nimia commiseratione fel ipsum, quod ad jecur, evomui, confer Job. 16, 13.* Propter contritionem filiæ populi mei, dum obruitur infans & lactens in plateis urbis, *dum hinc inde videas ætatem tam teneram in deliquium animi præ nimia fame incidere, obrui seu obtegi tenebris & vertigine ob stomachi vacuitatem, qui malis vaporibus cerebrum replet, & hoc pacto, cum* Jeromiæ Συμπάθεια. Effunditur jecur. Infans obruitur.

omnes miserè, omnium miserrimè parvuli pereunt, quorum conditio pejor, quò ipsa corpuscula eorum imbecilliora.

Primo observetur hîc duplex rythmus חמר מרו מעי עני, ער, שבר עמי נשפך כבדי כלו עיני, *&c.* כבד, *ob gravitatem & copiam sanguinis jecur ita appellatur. Græci autem suo more legerunt* ἡ δοξα μου; *De verbo* עטף *ejusq; emphasi vide loca Psal. 61,3. & 102,1. & 57,16. Jon.2,8. infra vers. 12. & 19. Confer Jon. 4,8.* רחבות *Hebræis à R.* רחב, *id est, dilatatus fuit, atq; adeo, à latitudine, planè ut Græcis αἱ πλατεῖαι scilicet, ὁδοὶ, ellipticῶς, Matth.6,5. Luc. 14,21. Ultrobiq; sub audito commodo vocabulo; apud Hebræos* ארחות, *hinc Latini à Græcis id acceperunt eodem modo, quin etiam more eorum corripiunt penultimam quandoq; ut in illo poetæ:*

עטף

Plateæ.

Sint puræ plateæ, nihil ut meditantibus obstet.

Usus I. Deficiunt oculi mei lachrymis) *Non probatur Deo stoica ἀπάθεια, Rom.1,31. 2.Tim.3,3. sed jubet flere* Συμπάθεια. *cum flentibus Christiana συμπάθεια, Rom.12,15. Col. 3,12.*

II. Dum obruitur infans & lactens) *Cur Deus communibus miseriis vel maximè involvat imbellem ac innoxiam illam ætatem, occultum quidem est, sed non injustum Dei judicium.*

Infantes cur puniantur.

Confer Joel.1,20.& 2.16. Jon.4,11. Amos 7,17. L C. 2.

Vers. 12.) Exaggeratur miserabilis illa facies, quando matrum in conspectu fame perire necesse habent infantes. I. horum mœstissimo alloquio: II. tristissimo exitio. Tum enim cum ex nimia fame in deliquium animi incidunt, matribus suis, *quò solent perfugere liberi,* dicunt, *ubi est, quod edamus & bibamus?* ubi est frumentum & vinum, *fame exhaustos, siti enectos nos videtis, succurrite, date panem, quo levemus famem, ferte potum, quo restinguamus sitim: sed neq; auxilii neq; solatii copiam habent matres, sed siccis oculis tam tristem rerum faciem non usurpantes præ anxietate cordis liberos abjiciunt, vide exemplum, Gen.21, 15.16. ibi omni auxilio destituti infantes plorant & sibi subveniri orant,* quando deficiunt animo, *velut graviter* vulneratus *seu confossus Esa. 22,1. qui, quod subitò interit, videtur his, qui diutius & gravius fame excruciantur, esse meliore loco, hi autem famelici deficiunt non in lecto, sed* in plateis civitatis, *quò sunt à matribus projecti, vel*

quo

quo ipsi demum prorepsere, quærentes, qui mortem effugerent, aut cum denuò à matribus recepti, effundebant animam suam in sinu matrum suarum, *quando non modò suam miseriam prolixè & multis cum lachrymis atq; suspiriis exponebant, sed etiam ipsum spiritum emittebant, seu animam exhalabant, Lutherus* und in den Armen ihrer Mutter den Geist aufgaben.

Frustra sunt, qui volunt antiquitatem linguæ Hebræa inde probare, quod omnes plorantes recens nati infantes in cunis vagiant אם אם *vel corruptè mum mum, vel patrem appellant abba. Hoc enim ex institutione & quod facilè profentur, illud verò potius ad voces naturales, (de quibus Aristot. in lib. de interpretatione) spectat. Non absimile fuit quondam illius regis judicium, de quo videndus Herodotus, qui quum vellet explorare, quænam lingua esset naturalis & antiquissima, puerum ita educendum curavit, ut nullum verbum audiret. Is verò demum protulit* Beck! *quod quorum in lingua panem sonabat, ei hujus honorem, quod esset prima, dabat. Illa autem erat Phrygum, sed tamen non obscurè suam originem illud verbum refert ad Hebræos, qui omnem cibum* בג *appellant,* רגן *notat frumentum, & quia Philistæorum regio (quorum erat illud idolum 1. Samuel. 5.) erat frumenti abundans Genes. 26. hinc nomen inditum quidam volunt, quasi dicas. frumenti datorem: Sed falluntur, ut constat ex 1. Samuel. 5, 4. Confer alios interpretes ad Judic. 16. v. 23. & Nebrissensem c. 6. De verbo* התעטף *superiori versu, de phrasi effundere, sup. v. 4. hic autem effundere animam potest esse mori: aliàs verò notat, quicquid male habet, in sinum alicujus deponere, confer. Job. 30, 16. 1. Sam. 1, 15. anima pro voluntate, desiderio & voto animæ Deut, 23, 24. etiam inspice inf. v. 19.*

ב
רגן

Effundere animam.

Usus I. Matribus suis dicunt) *Tristissimum est spectaculum, ubi mater fame perire videt filium.*

II. Ubi frumentum & vinum.) *Quod Deus dat in hominum usum, tollit propter abusum.*

III. Dum effundunt animam.) *Hæc tragica ita legamus, ut cor sapientiæ inducamus, & causas tantæ miseriæ, peccata nimirum, vitare & cavere studeamus, Psal. 90, 7. 8. 11. 12.*

Mysticè) *Hypocritæ aut sensu iræ divinæ affecti quidem, sed nihil remittentes de sua malitia, dicunt matri Ecclesiæ, Amos 8, 11.12. ubi est cibus & potus spiritualis in verbo & sacramentis, quibus reficiamur? sed cum non ex ipso corde quærunt, nil inveniunt, Luc. 13,24. sed similes confossо intereunt, quod in Juda, Caino, Achitophele videre est.*

Vers. 13.) *Hactenus particulatim mala Jerosolymorum enarravit, nunc ea omnia conjungit & ostendit, quod superent omnia alia, inter quæ nullum his simile, sed solum immensum mare eis æquale. Ita declaratur miseriæ hujus magnitudo, prius negativè, posterius affirmativè; ibi nulla invenitur collatio, hîc una cum mari magno instituta comparatio. Solent illi, qui cupiunt alios suo alloquio erigere, malum amici primum exaggerare, ut is intelligat, eos id satis scire; deinde, ubi nihil auxilii inveniunt, saltem quid consilii vel solatii adferre. Ad eum modum Jeremias, ubi satis diu perpendit afflictionem Jerosolymorum, tandem in hæc verba erumpit. Ita est, ut dixisti supra c. 1,12. Non est dolor par dolori tuo, quantumvis quæram, non invenio simile exemplum tantæ iræ Dei.* quod *enim* testimonium *ejus calamitatis* afferrem tibi *ex tota antiquitate, qua re tanquam locuplete teste te convincam, quod non habeas causam tantopere dolendi, imo non invenio, quod tuæ calamitati possit assimilari aut æquari exemplum, nec ullum idoneum mea condolentia testimonium, quo tibi meum animum declarem,* quid assimularem tibi, *aut quod exemplum proferrem* ô filia Jerosolymorum? *nullum utiq; tam miserabile excidium producam, quin tuum longe id superet. Ideoq; gravius doles, quia nullum habes in tua miseria socium, levius autem fertur, quod aliis nobiscum esse commune videmus, & est qualecunq; remedium mali alicujus societas.* Quid ergo æquarem tibi, ut consoler te, ô virgo filia Sionis, nam magna est contritio tua, ut ipsum mare, *quod licet sit amplissimum & spaciosissimum, tamen intumescens & ventis agitatum vix suis capitur terminis seu littoribus, & quot in eo fluctus, tot in te genera luctus, quod magis perspicuè Chaldæus extulit, multiplicata est confractio tua, secundum multitudinem confractionis fluctuum maris magni tempore tempestatis ejus, ideoque* quis *præter Deum affligentem,* te sanaret, *tibivè remedium in-*

Maxima Jerosolymæ afflictio.

tam

tam immenso malo afferret ullum? nemo præter Deum mare potest sedare, nec ullus præter eum tibi medelam afferre.

העיר

אעירך *est ab* עור *quod tamen non nisi in Hiphil in usu: cognatum potius est* עורר *statuminavit, stabilivit, & talem contestationem ac hortationem significari dici potest, qua quis jacens erigatur, torpescens excitetur, currens incitetur. Confer Psal. 146, 9. & 147, 6. Plerique interpretes sensum respicientes per comparare reddunt; Græci de verbo* τι μαρτυρήσω σοι. *Idem vero pro* כוב *legisse videntur, non præter solitum indiligentes,* כוב, *quia vertunt,* μεγαλώθη ποτήριον σωτηρίας σου: *Est quidem usitatum illud loquendi genus in sacris, ut poculum pro calamitate accipiatur. vide in Obadj. v. 16. sed hîc nullum ejus vestigium. Tremellii itidem versio non tum facilè locum obtinet, dum sine causa mutat & genus loquendi & modum compamtionis, quæ enim maris contritio; nisi eo modo accipias, quo Chaldæus interpres? Inspiciantur potius & perpendantur hæc loca, Job. 7, 12. Psalm. 36, 7. Es. 48, 18. Jer. 6, 23.*

Usus. Quo majoribus beneficiis quis à Deo afficitur, eò gravius, si iis abutitur, affligitur Luc. 12, 48. Apoc. 18, 7. Jac. 3, 1. Sap. 6, 6.

Mysticè) *Quod testimonium rectè credendi & piè vivendi tibi aliud, ô homo, potest afferri, quàm verbum Dei Psalm. 19, & 119. Mich. 6. quod exemplum potest tibi dari melius patienter Deo obediendi, quàm Christi Phil 2. quid æquari potest in consolationibus ejusdem vulneribus? Joh. 20. Nam, ut mare & abyssus scientiæ, doctrinis est plenissima scriptura, Rom. 15, 4. 2. Tim 3, 16. Christi obedientia est maxima Roman 5. & meritæ ejus infinitæ 1. Joh. 1. Es. 53. nemo præter eum te potest curare aut tua vulnera sanare Es. 53, & 43. 24. Psal. 103.*

Versus 14.) *Ecqua verò tantæ calamitatis causa? utique interna, vitæ iniquitas, externa, doctrinæ falsitas, quæ illam auxit. Hinc enim tanta auditorum nequitia, quæ hanc πανολεθρίαν adduxit, quod in Pseudoprophetis fuit I. in vere bono indicando negligentia.* Pseudoprophetæ *II. in apparente bono promittendo diligentia: & quod hominum peccata non accusaverint, sed promissionibus vanis malos lactaverint.* Prophetæ tui, *ô filia Jerosolymorum, tui, inquam, quos*

quos tu tibi elegisti, non Dei, quos audire renuisti, Prophetæ mali & falsi Jer. 23, 9. & seqq. viderunt tibi vanum & insulsum, *a te consulti responderunt tibi falsa & inania sui cerebri somnia, Lutherus* haben dir lose und thörichte Gesichte geprediget / *sub specie, quod à Deo talem visionem, quam referrent ad populum, acceperint, quum tamen veri Prophetæ eam non protulerint sup. v. 9. atq; ita quod non viderunt, ita habetur, ac si vidissent: contra verò, quod oculis satis cernunt, taciti prætereunt, & quum debebant indicare auditoribus sua peccata,* non retegunt iniquitatem tuam ad avertendum captivitatem tuam. *Dum enim multi ob peccata sua non reprehenduntur, pergentes in iis ipsam captivitatem accelerant, quæ poterat evitari, si qui ab iis graviter moniti ab iis celeriter destitissent; vide Ninivitas Jon. 3. Lutherus,* und haben dir deine Missethat nicht geoffenbahret / damit sie dein Gefängniß gewehret hätten. Sed viderunt tibi *tibiq; protulerunt,* onerosas Prophetias vanitatis & depulsionum ad depulsionem spectantes, *& per quas, dum iis fidem habuisti, ex* patria depulsa es, *Lutherus itidem maximè perspicuè,* haben dir geprediget lose Predigt / damit sie sich zum Lande hinauß

Sal. predigten. *Sal saporem addit cibis, unde metaphoricè sermoni tribuitur & doctrinæ, quomodo sal terræ Matth. 5, 13. & sermo noster sale sit conditus Col. 4, 6. & olim omni sacrificio abhibebatur Sal. Lev. 2, 13. Marc. 9, 49. vide disput. de perseverantia sanctorum thesi 23. exercit. bibl. edit. 3. pag. 935* igitur omne ineptum dicitur

Insulsum. *insulsum tàm in cibo Job. 6, 6. quam cæmento, Ezech. 13, 10. 11. 14. 15. quàm doctrina ut h. l. & sermone Job. 1. 22 vel factis Job. 24, 12. Confer cum h. l. Jerem. 23, 13. Ezech. 22, 28. In textu Hebræo est rythmus* שבותך עונך תשובה *pro hac voce videtur author vulgatas versiones legisse* תשובתך, *quando vertit, ut te ad pœnitentiam provocarent, si etiam Chaldæus. Rabbini enim pœnitentiam ex verbo* שוב *appellant* תשובה, *& non est vocabulum biblicum in hac significatione, sed notat periodum anni vel responsionem; contrarium autem* משובה *Hos. 7, 11. quod notat aversionem à Deo. Alias* חשיב שבות *est reducere captivitatem, sicut etiam vertit Græcus, quod tum h. l. esset intelligendum de rescindendo Dei decreto. De nomine* משא *vide quæ dicta sunt Amos 5, 1. Nah. 1, 1. Hab. 1, 1.*

11. Mal. 1,1. עון notat modo culpam modo pœnam, Gen. 19,15. Num. 32,23. 1. Sam. 28,10. Psal. 69,28. ita tamen ut illa præsupponatur, non simpliciter cum Junio Psal. 40,13. quia Christus verè peccata nostra tulit, ipsi verò nostra injustitia imputata 2. Cor. 5, 21. Deus fecit peccatum. De loco Genes. 4,13. magna controversia est. Sed de eo alias, ἐαν ἀπιγόπη ὁ Κύριος, ut loquitur Apostolus, 1. Cor. 16,7. עון

Usus. Prophetæ tui vident tibi vanum.) *Doctores falsos caveamus, ne eorum fraudibus irretiti nos perditum eamus.* Pseudoprophetæ.

II. Neque retegunt iniquitatem tuam.) *Ut boni Ecclesiæ doctores peccatum arguunt, Esa. 58,1. 2. Tim. 4,2. ita id mali tegunt. Ezech 13. Canes muti Esa. 56, 10. in quos quadrat illud Es. 3,13. & 9,16. populi mi; qui te ducunt, seducunt.*

III. Ad avertendum captivitatem.) *Qui cupit efficere, ut Deus non puniat, fide & pœnitentia seria eum præveniat.*

IV. Vident prophetias depulsionis) *Ubi hæreses non refelluntur, incolæ justo Dei judicio mox expelluntur.*

Mystice) *Præcones verbi, qui non sequuntur certum Dei verbum, concionantur vanum, & qui salem legis acrem non intermiscent salubribus pabulis, insulsi meritò habentur, quanquam illi soli mundo homines commodi videntur, quiq; velut aratro legis vitia in agro cordis humani contentia non retegunt, nec pedo verbi commisso oves regunt, hi faciunt, ut auditores compingantur in carcerem infernalem, & projiciantur in tenebras exteriores, ac à conspectu DEI depellantur, Matth. 26.*

Vers. 15.) *Ut tantò firmius credat Jerosolyma, excidium decretum fore inevitabile, ex consequenti declarat, nempè eorum, qui ipsi malè esse optabant; I. exultatione. II. exprobratione: ibi notandi irridentium gestus, hic consideranda verba.* Omnes viatores *sup. 1,12. Jer. 22,8. Lutherus elegantius,* alle die fürüber gehen/ complodunt super te manus suas, *more illudentium, Job. 26,23. Nahum. 3,19* sibilant, *1. Reg. 9,8 2. Chron. 29,8. Jer. 25,18.* Sibilare. *& 29,18. Mich. 6,16. &* movent caput suum *in ludibrium, his gestibus satis testantes animi sui malevolentiam, 2. Reg. 19, 21. vide Psal. 22,8. & 109,25. Job. 16,4. Sophon. 2,15.* contra filiam Jero-

solymorum *Confer. Jer.18,16. Eandem verò magis produnt in hæc verba erumpentes:* num hæc (*inquiunt*) illa civitas, cui dicebant *antea, ô tu verè* perfecta pulcritudine *totius orientis non modo, sed orbis clarissima civitas,* & gaudium toti terræ sanctæ. *vide Psal. 48,3. & 50,2.*

שרק *In nominibus* ירושלם כפים *est rythmus* שרק *in genere notat sibillavit, sed ob duplicem finem hoc fit duplicitèr; primùm cum aliquem sibilando advocamus, Esa. 5,26. Zach 10,8. & tum plerumque cum* ל *construitur. Deinde quando aliquem exsibilando illudimus, & tum vel absolutè usurpatur, vel cum particula* על *sæpe occurrit. In verbo* שיאמרו *malè Græcus & Latinus interpres relativum præfixum negligunt, quod Lutherus animadvertit: sicut & Actor. 1,4. illud (inquiebat) rectissimè inserere voluit,* Act. 1,4. *sine quo textus est obscurior.*

Usus I. Plaudunt super te manus.) *Malorum* Παραφρενοχαρία *prodit se externis ceremoniis, & opplet ædes miserorum querimoniis.*

II. Hæccine est civitas illa perfecta?) *Nullus civitatis est tantus decor, quem non obfuscet mœror, ubi contra eam succensus Dei furor.*

Mysticè.) *Qui Ecclesiam non intrant, sed in via improborum ambulant, Psal.1. ei illudunt, quod putet se videre in turbis pacem, Rom.8. in tristitia gaudium, Joh. 16. in deformitate pulcritudinem, Cant.1. Psal. 45.*

Vers. 16.) *De hostium externorum malevolentia hæc quoq; sonant, quæ sequuntur, nimirum I. Eorum insultatio II. sibi facta gratulatio declaratur; Judæis omnia mala gestibus comminantur, sibi, quando ea adesse vident, lætantur.* Dilatant contra te, Dilatare os. *ô Jerosolyma,* os suum omnes inimici tui, *vel ut illudant, vel ut devorent more alicujus Leonis rictum diducentis, Psalm. 22,14. Confer Ezech.2,8. & ubi de terra dicitur, Gen.4,11. Num. 16,30. Deut. 11,6. de temeraria autem oris apertione usurpatur, Jud 11,35.36 Job. 35,16. Utraq; autem significatio & subjectæ materiæ & sequentibus quadrat, quæ ita habent,* sibilant *versu 15.* & frendunt dentibus suis *irati ac irritati more alicujus apri spumantis Job. 16,9. Psal. 35, 16. & 37, 12. & 112,10.* ac dicunt, *euge,* absorbuimus *sup. v. 2. & 5.*

& 5. *hanc urbem ex imis fundamentis evertimus:* omnino אך utique hic dies ille est quem expectabamus, invenimus *sup. vers. 9. id est, præsentem habemus*, & videmus *eum fruimur hoc læto spectaculo & cum magna voluptate hanc miseriam Jerosolymæ aspicimus, Lutherus:* Wir habens erlangt/ wir habens erlebet.

Rythmi hic notandi sunt ראינו עליך איבך בלענו מצאנו *de apertione oris conferantur etiam hæc loca Ps. 44,14. 15. & 79,4. de absorptione Jeremias c. 51,34. quod ad verbum* מצא *præter loca supra v. 9. citata addatur Prov. 17,20. & 19,8.* Videre. *Videre autem sæpe est frui Psal. 34,13. Drus. in Sirac. c. 15,7. Inspice quæ notata sunt in Psal. 4,7. De particula* אך *alibi, Jon. 2,5. Ab initio plerumq; est assevrationis, ut Kimchi in Psal. 73 notat. alias diminutionis seu exclusionis, non verò interrogationis, est autem dubitationis particula, ut h. l. scribit Kyberus. Exempla ab eo citata non quadrant, ut apparet, si quis textum diligentius consideret, Psal. 139,11.* אך *notat, utiq; omnino. Rectius igitur h. l. vertunt Græci* πλὴν, *quæ particula ita usurpatur Math. 11, 22. 24. & 26,39. 64. Luc. 6, 35. Eph. 5,33. Phil. 4,14. & 3,16. quàm Latinus per EN: nunquam enim est demonstrandi particula* אך πλὴν *etiam exclusivè usurpatur, quamvis paulò aliter ac Hebræum* אך *Marc. 12,22. Joh. 8,10. In verbo* שקוינחו *est pleonasmus, de quo Buxtorf. thes. l. 2. c. 8. in pleonasmo membro secundo & tertio pag. 375. Ejus etiam multa exempla in N. T. Matth 3,12. Luc. 14,5. Jacob. 4,17. non omnino ociosus, sicut hic notatur voci & exspectationis ardor. quemadmodum etiam* ἀσιώπητον *sequens, ubi aliquot verba sine copula conjunguntur, celeritatem & summum affectuum impetum denotat, quod hinc inde in sacris & profanis observare licet.* Ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων. *Veni, vidi, vici. Excessit, evasit, erupit. Sed hæc nihili faciunt, qui vim & elegantiam linguarum nunquam degustarunt, ut etiam hic verum esse videas, ars nullum habet osorem, nisi ignorantem.* Pleonasmus. *Pleonasmo notant, sibi omne id tempus visum fuisse longum & acerbum, quo nondum affligebatur Jerosolyma, nunc in malo ejus non item, ubi omnia ipsis temporum spacia parva ac citò decurrunt, quæ antea stare videbantur, quippe lætis.*

אך

πλὴν.

Pleonasmus.

ἀσιώπητον.

Pleonasmus.

Usus I. Dilatant os, frendunt dentibus) *Homines, qui Spiritus S. ductu non mansuescunt, prorsus tandem obbrutescunt.*

vide in Psal. 10, L.C. 2. generali pag. 252,253. Mich 5, 8. Habac. 1,8. L.C. 2.

II. Dicentes, absorbuimus) *Tanta est multorum nequitia, ut quæ fecit Dei omnipotentia & justitia, ipsa sibi nefariè tribuat eorum jactantia, confer v. 2. & 5. supra & Esa. c. 10, v. 5. & seqq.*

III. Hîc dies est, quem exspectabamus) *Pii pro aliis precantur, mali non nisi bonis imprecantur, non nisi malis aliorum delectantur.*

Versus 17.) Retundit autem istam inimicorum jactabundorum insolentiam Propheta & ostendit, quod Deus tantam calamitatem suo populo intulerit, & tantum usus sit ipsorum ministerio ac operâ: non esse igitur, quod putent, se suis viribus id fecisse, ac proinde cristas demittant; contrà, si non resipiscant, & ipsi graviorem Dei vindictam exspectent. Declaratur autem hîc 1. Communicationis divinæ veritas, 2. Vindictæ severitas, 3. Subjicitur, unde sit hæc hostium felicitas. Fecit Jehova, *non Nebucadnezar aut alius, & fecit,* quod cogitavit, *facere nisi resipiscerent,* perfecit *& complevit* sermonem suum, quem præceperat *seu denunciaverat à* diebus priscis *sup. c. 1. 7. per Mosen Lev. 26. Deut. 28. vastationem talem inobedientibus comminatus est, & postquam mensuram iniquitatis suæ compleverunt Judæi, uti dixit Jer. 40, 2.*

Ædificare. destruit, *non modo ædificia curat diruenda per hostes, sed etiam è medio tollendas integras familias (ut enim ædificare notat generis ac familiæ dilatationem, Exod. 1, 21. Ruth. 4, 11. Gen. 16, 2. & 30, 3. Deut. 25, 9. Drus. Miscell. centur. 1. c. 48. Confer Sirach 3, 10. 15. ita contra destruere, exscindere sæpius significat familiam aliquam delere) confer sup. c. 1, 20. & 2, 11. 12.* nec utitur misericordia *aut clementia, & ita puniens te pro merito, ô Judæa,* lætificat contra te inimicum, & extollit cornu *seu robur sup. v. 3.* hostium tuorum, *ut tibi prævaluerint, & de tuo malo lætentur, ubi illud permittente ac præcipiente Deo intulerunt sup. c. 1, 21.*

Destruere.

זמם *cogitavit, molitus fuit, tàm in bonum, de Deo* αὐτεξωπαθῶς, *pro decrevit, confer Jer. 51, 12. Zach. 8, 14. 15. Psal 17, 3. & 37, 12. quam malum, unde* זמה *scelus, flagitium.*

זמם

כאשר *Quidam* אשר *pro* כאשר, *quod genus loquendi plenum reperies Deut.*

כאשר

Deut.19,19. Zach.1,6. & 8,14. Rythmus hìc quoq; occurrit, עליך קרן צריך. *Notandum autem præterea, quod in hoc & in seqq. duobus capitibus in Alphabeto contra morem* פ *literæ* ע *præponatur, quod vulgatus interpres ubiq; vidit & asscripsit, Kyberus vero in quarto non observavit. Rabbi Salomo Jarchi hanc affert rationem alludens ad ipsa nomina literarum* מפני שהיו אומרים בפיהם מ"ש שלא ראו בעיניהם, *ideo quod dicebant homines illi ore suo, quod oculis suis non viderant, hoc est, sæpius falsum dicebant testimonium. Fides sit penes autorem.*

Cur פ præponatur ע.

Usus I. Facit Jehova, quod cogitavit) *Deus verax est, tam in comminationibus, quàm promissionibus, siquidem nec ipse mutat, nec ejus fides nutat.*

II. Destruit, non utens clementiâ) *Quam tardè DEus ad iram procedit, tam graviter tandem impœnitentes lædit.*

III. Lætificat contra te inimicum) *Qui Deo non obediunt, tandem in hostium suorum potestatem veniunt.*

Vers. 18.) Mali causâ & gravitate satis explicatâ, tandem subjicit propheta consilium salutare, quo id possit leniri, nempe vera ad Deum conversione & ardenti precatione. Illam autem testatam faciant, I. instituto ad Deum clamore. II. profuso lachrymarum rore. Si igitur usquam clamavit cor illorum *qui fuerunt afflicti, Ps.22,5.6. & abducti in captivitatem, ad Dominum, qui sæpe eos eripuit, sæpe leniit miseriam, (vide librum Judicum passim,) nunc maximè Deum precibus fatigent Judæi, ubi tanta malorum moles premit, tantus afflictionum cumulus eas urget, ut major esse vix possit. Ita malim phrasin,* צעק אל־אדני *de invocatione Judæorum, cum plerisq; interpretibus, quàm cum Paschasio, Hugone, Thoma, Bonaventura, Lyra, Tremellio & Junio de blasphemia inimicorum, qualis habetur, 2.Reg. 19,22. Esa.36,4. quasi dicat h. l. Jeremias, clamat cor eorum non tàm contra te, ô filia Sion, non tàm contra te blasphemias tantas evomit, quàm contra Deum, &c. accipere, præcipuè quum h. l. fiat mentio cordis, blasphemia autem fiat inprimis ore, quando eâ offenduntur alii, qui eam audiunt. Miror autem quod perpetuam scripturæ analogiam non attenderint,* צעק

quæ videri poteſt, Gen. 4, 10. Exod. 8, 8. & 14, 10. 15. & 15, 25. & 17, 4. & 22, 22. Num. 12, 13. & 20, 16. Deut. 26, 7. Joſ. 24, 7. Jud. 4, 3. Pſal. 107, 6. 28. Eſa 16, 20. ut alias ſimiles locutiones, ubi de hominibus quorum opem quis imploravit, uſurpatur in bibliis, taceam. Si itaq; clamavit cor aliorum, Moſis, Davidis, Jobi, &c. qui ſunt a Deo exauditi & liberati, tu quoq; afflicta Sion, hoc unum arripe remedium, ad quod conſequens reſpicere Lutherus videtur, quando vertit; Ihr Hertz ſchreye zum HErrn: *Ut verò tantò melius homines excitet ad preces Propheta ad ipſum murum per elegantem proſopopœiam ſe convertit, & quaſi ipſi ſenſus ineſſet malorum præſentium, eum ad lachrymas invitat,* ô mare filiæ Sionis, *quem hoſtes primum oppugnabunt & occupabunt, imò quem ipſe Rex Judæ derelictus fugam molitus, 2. Reg. 25, 7. Jer 39, 2. 3. & 52, 7 franget* deduc *lachrymas, fac ut deſinant ſeu deſcendant,* tanquam torrens lachrymæ tuæ interdiu ac noctu, *id eſt continuò,* ne dato *ſeu permittas* intermiſſionem tibi, ne ſileat neque deſiſtat pupilla oculi tui *jugiter flere, Confer ſup. c. 1, 2. 16. Tanta enim eſt hæc calamitas, ut quantumvis acerbè & multum fleveris, tamen cladem tantam non exæques aut ſatis deplores.*

Duplex clamor. Sicut flumen.

Duplex clamor in ſacris nominatur, unus oris, alter cordis, ut de Moſe gemente uſurpatur Exod. 14, 15. Comparatio illa, ſicut flumen ſeu torrens notat impetum, vim & magnam copiam. Expendantur ex multis hæc pauca loca Eſ. 30, 28. 33. & 48. 18. & 66, נתן *12. Amos 5, 24. verbum* נתן *autem in hoc verſu pro permittere ponitur, ut aliàs, ſed non omnibus in locis eodem modo illud accipiendum, ſiquidem de Deo uſurpatum, hoc pacto, quod permiſerit aliquid malis vel de malis, non niſi de judiciaria poteſtate id intelligendum. vide Hun. in L. de providentia Tom. 1. p 730. 731. Frantz de Interpretatione ſcripturæ in dicto,* Ego induravi cor Pharaonis. *Nunc autem expendantur hæc loca Gen. 20, 6. & 31, 7. Num. 20, 21. & 21. 23. Jud. 11, 19. 1. Regum 11, 7. Pſal. 16, 10. & 55, 23.* 2Sam. 18, 8 *Rom. 1, 28. Confer Pſal. 81, 13. 16 Act. 14, 15. Hinc explicabis 2. Sam. 12, 8. facile, ne quia polygamiæ veterum nimii defenſores. quaſi non fuerit peccatum, præſidii hîc reperiant. Vide P. Tarn. de Conjugio l. 2. c. 21. p. 630. 631. Græcus h. l. affirmativè vertit,* καὶ δῶς ἔκνιψιν σεαυτῇ *& deſelutionem tibi ipſi, quaſi per lachrymas*

mas eluerentur peccatorum sordes, quod & à textu authentico, & fidei analogia, quæ soliùs Christi sanguini vim istam eluendi peccata tribuit, recedit. Non facile autem quid legerit, quis conjecturâ assequi poterit, nisi פוגת *pro* פוך.

Usus I. Clamavit cor istorum) *Preces non nascantur in ore, sed proficiscantur ex corde Joh. 4,24. Matth. 15,8.*

II. Descendant tanquam torrens lachrymæ) *Signum certum veræ pœnitentiæ, quando agnita peccata sequuntur lachrymæ, Luc. 7,38. Matth. 26,75. Psal. 6,7. sup. 1. 2. 16.*

Vers. 19.) Ad preces Ecclesiam excitat Prophetæ: eæ autem ut sint tantò ardentiores, instituitur unius cujusq; precaturi corpus, vocis sonus, animus, manus, hoc est, quomodo orare debeat, & simul indicatur, quando & pro quibus idfieri velit. Declaratur igitur I. quale esse deceat precationis ardentis subjectum. II. Quodnam temporis punctum. III. Quodnam præcipuum ejus, circa quod versetur objectum. Surge, *ne desideas, nec cubes, quod videtur hominum minus attentorum, neq; etiam submissâ voce tantùm murmures*, sed vociferare, *vocem intende & clama, tum quando maximè auditur, sub amica silentia Lunæ*, de nocte, in principio vigiliarum, *quando pleriq; alii somno maximè profundo jacent obruti*, effunde ut aquam, *id est, copiosè sup. 4. 11. 12. Psal. 22, 15.* cor tuum, *quicquid te angit*, expone coram facie Domini, attolle ad eum manus tuas, *sup. cap. 1, 17.* pro *anima, seu* qui obruuntur *caligine & vertigine* ex fame, *Lutherus*, die für Hunger verschmachten/ *sup. v. 11, 12.* in capite *seu introitu* omnium vicorum. Effundere ut aquam.

קום & קומו *sæpissime, ut alii quoq; Imperativi apud Hebræos adverbiascunt, pro adverbiis hortandi accipiuntur, ut enim id videtur aliquis diligenter effecturus esse, propter quod surgit: ita* surge, *idem est quandoq;, quod age, rei huic studiosè incumbito* רנן *proprie notat voce externa lætitiam testatus est, ovavit, jubilavit; inde etiam vulgatus interpres h. l. vertit, lauda, & nonnulli ad Chaldæos occupantes urbem ac triumphantes hoc commate referunt; sed quia generalius quandoq; hoc verbum usurpatur, de quacunq; voce sapientiæ seu Filii Dei, Prov. 1, 20. angelorum, Job. 38, 7.* Surgere. רנן

cœla-

cœlorum Esa. 44,23 præconum, &c. 1. Reg. 22 36. & pro oratione & precatione accipitur, 1. Reg. 8, 28. 2. Chron. 6, 19. Psal. 17, 1. & 61, 2. & 84, 3. Jer. 11. 14. & 14, 12. Lutherus ſtehe des Nachts auf und ſchrey. R. D. Kimchi, significatio horum est significatio clamoris in fortitudine seu fortis, quædam in cantico & in lætitia, quædam in præconis proclamatione, quædam in oratione, quædam in fletu ac tristitia. Unumquodq; autem ex illis juxta locum suum, hoc est, secundum subjectam materiam.

Vigiliæ noctis. ראש אשמורת principium vigilarium reliquarum est initium noctis; non autem singularum initium, ut Jesuita à Castro argumentatur. Hebræi enim noctem modo in tres, (vide Salomonem Jarchi in c. Ex. 14, 24.) modo in quatuor vigilias dividebant, ist hic singulis vigiliis quatuor, hîc tres horæ tribuuntur. vide Bellarm. lib. 1. de bonis operibus c. 11. pag. 59. & Scindler. in Rad. לוך. & Tremellii notam quandam in Exod. 12, 6. & Commentatores biblicos passim in hæc loca Exod. 14, 24. Jud. 7, 19. 1. Sam. 11, 11. Psal. 130, 6. Matth. 14, 25. Marc. 6, 48. Luc. 12, 38. Drus. lib. 10. observ. 6. 10. Alludit huc Lucanus lib. 7.

Tertia jam vigiles commoverat hora secundos.

Hinc petantur, si qua desunt, non autem necesse est omnium scrinia compilare & huc comportare. Effunde ut aquam cor tuum) de hac phrasi supra in locis jam in textus explicatione allegatis dictum est satis: saltem adde locum, 1. Sam. 7, 5. & quæ in eum habet Chemnitius in Exam. Conc. Trid. & Tremellius in notis biblicis, &

Levare manus. confer ulterius Judith. 6, 14. Attollere manus, est gestus quidam orantium, & pro oratione pia accipitur hinc inde Exod. 9, 33. & 17.

oculos. 11. 12. infra 3, 41. 1. Timoth. 2, 8. 1. Reg. 8, 22. Psal. 141, 2. Esdr. 9, 8 sic levare oculos, Psalm. 123, 1. Matth. 14, 19. Marc. 6,

נפש 41. & 7, 34. Rythmus autem hic etiam notandus est שאי אליו כפיך ערל נפש עוליך, ubi נפש ut alibi quoq;, notat vitam ipsam Psal. 6, 4. vide Drus. Miscell. Centur. 2. cap. 61. Adde Marc. 3, 4. Luc. 12, 19. vita enim sustentatur cibo & potu, non ipsa anima.

חוץ חוצות, id est, foris & quia platea est locus exterior respectu ædium, ipsæ plateæ חוצות appellantur. Esa. 15, 3. & caput platearum dicuntur ipsa compita Esa. 51, 20. qui locus omnino cum hoc conferendus est.

Usus

Usus. In precibus requiritur assiduitas, παῤῥησία seu libertas & caritas. Illa neq; de nocte Deum compellare cessat, ista omnia mala auferri orat, hæc pro aliis incedere laborat.

Vers. 20.) *Quum igitur omnia sint desperata, nihilq; præter Dei opem restat, precibus instare Ecclesiam Judaicam jussit Propheta, & ne formula desit, ipse eam nunc præit exposcens Dei misericordiam, exponens hujus miseriam, primùm brevius v. 20. Deinde hanc paulò prolixius v. 21. 22. In hoc autem versu I. Dei opem implorat. II. Calamitatem summam deplorat, quam exaggerat à σοργῆς matrum indole, tenerrima infantium ætate, & magna eorum, qui trucidantur, dignitate.* Respice Jehovah, *suprà c. 1, 9. 11 20. qui hactenus faciem tuam gratiosam avertisti,* & intuere, *qui ne hactenus in bonum oculos huc dirigere & dignitas, considera pater optime, quinam ille,* cui opereris ita? *quem ita conficis? est filius ille tuus primogenitus, Exod. 4, 22. Jer. 31, 9. tuus populus Israel Ex. 19, 6. Deut. 4, 7. & 7, 6. 2. Sam. 7, 24 Es. 51, 19. non gens quædam impia prorsus vel profana. Licet enim multi, imò plurimi ex eo degeneres filii facti sint, tamen adhuc paucæ restant reliquiæ, quibus parcas ob nominis tui gloriam. Vide Domine, tanta est fames, tanta belli moles, ut naturæ legum oblitæ matres, suos filios comedant, & in ipso templo sacerdotes ac Prophetæ tui occidantur, quousq; autem ô Deus?* num *porrò juxta comminationem Deut. 28, 53.* Comedent mulieres fructum ventris sui, parvulos palmares. *Lutherus,* Die jungsten Kinderlein einer Spannen lang/ *infr. c. 4. 10.* num interficietur in sanctuario Domino sacerdos & Propheta?

De plerisq; vidimus antea cap. 1, 11. 12. 22. Nomen autem נשים *quidam simpliciter à R.* נשה *oblitus est, quod minus valeant memoriâ mulieres deducunt, sicut contra vir apud Hebræos* זכר *à R.* זכר, *hoc est, recordatus est, dicitur, vel quod memoria polleat, vel quod in eo conservetur memoria paternæ familiæ: quidam ab* אנשים *per aphæresin factum esse volunt, convenienter naturæ, quod vir sit caput mulieris, hæcq; viri sui coruscet radiis. Quò alii etiam referunt illud mysterium Cabalisticum duplex in nomine* אש & אשה, *prius, quod si inde demas duas literas nominis tetra grammati*

נשים
אשה
איש

seu יהוה (quæ moneant, conjugium esse divinam institutionem, & habere magnam promissionem) hoc est, ex illo י ex hoc ה, nil remaneat, nisi אש אש duplex ignis, id est, omnis generis jurgia ac miseriæ, posterius, quod ut ו notat decem, ה quing3, ita vir ex ordine Dei sit muliere præstantior, 1. Cor. 11, 3. De vocabulo טפחים טפחום videantur Lexicographi prolixè dissentes. Summa huc redit, quia טפח significat palmum, mensuram quatuor digitorum, & verbum טפח manu seu digitis disposuit, extendit & conformavit, sicut matres tenera infantum membra manus formant, dum fasciis involvunt (vide versum ultimum hujus capitis) notari hic recens natos infantes, qui adhuc ita involvuntur, & quorum membra manu matrum vel nutricum ita formantur. Quod autem infantes à matribus sint in Judæa comesti ter accidisse legimus I. in obsidione Samariæ 2. Reg. 6, 26. II. in hac obsidione Babylonica, hoc versu, & c. 4. 10. III. in ultima obsidione Jerosolymæ tempore Titi Vespasiani, ut refert Josephus. Græci vertentes μάγειροι videntur confudisse hoc nomen cum טבחים, more suo solenni. Ultimum membrum Thargum putat esse responsionem, & reprehensionem Dei, qui reponat: vos quiritamini, infantes comedi: sed cogitate, fuit ne etiam justum, aut ullo modo excusari potest, quum vos occidistis sacerdotem & prophetam meum in ipso templo, 2. Chron. 24, 20. quod scelus gravissimum ita gravissimè ulciscor. Sed rectius ob cohærentiam verborum ad quærimoniam populi hæc verba pertinent, nisi quis illud velit adscisere, quod a nonnullis scribitur, quod cum occisus esset ille Zacharias, ejus sanguis semper ut aqua in ollis efferbuerit usq3 ad adventum Nabuzaradan, qui ubi rescivit, quid esset, magna cæde senatorum & aliorum illud homicidium prius expiaverit in templo multorum sanguine effuso, quomodo prior sanguis fervere desierit, postquam malitia Judæo ὡσπὼ μέτρῳ καὶ λωιον fuit punita. Hoc modo ad horum posteriorem cædem hîc respici quidam autumant. Sequatur quisq3 quod volet: mihi, quæ certa sunt, probantur.

Usus I. Respice Jehova, cui facias sic) Ubi non agitur vera à populo Dei pœnitentia, ibi Deus non utitur paterna clementia: & ubi non viget in Ecclesia vera pietas, ibi magna adhibetur à Deo severitas.

II.

II. Interfici in sanctuario sacerdotem) *Quum verbum vitæ non attenditur, decretum mortis fertur & palam ostenditur.*

Versus 21.) *Quam supra in hoc capite aliquoties deploravit afflictionem summam Jeremias, quod nulli ætati vel sexui ab hostibus parcatur, & quod Deus ipse hactenus nulla misericordia utatur, eandem hoc versu repetit fere iisdem verbis.* Jacent humi *vers. 10.* in vicis *v.11. 12.19.* Puer & senex *v. 10.11. c.1,4.5.* virgines meæ & juvenes mei *sup. c.1,18.* ceciderunt gladio, *v.10. c.1, 20. unde autem hoc? non fuit hostium tanta potentia, sed tu Deus id feciſti ex justitia,* tu interficis, *v.17. cap.1,21.* in die iræ tuæ, *v. 3.4. c.1,12.13.* mactas, *Græcè ἐμαγείρευσας velut animalia, & nulla uteris clementia v. 2. 17.*

Vers. 22.) Pergit Propheta in declaranda I Judicii divini severitate. II. Populi Israelitici vastitate. Convocas quasi ad diem conventus, *sup. c.1,15.* formidines meas, *id est, hostes, qui terreant me,* circumquaque, *& ab omni parte ita concludis,* ut die iræ Jehovæ non sit ullus evasor vel residuus, *nullus fugâ salutem quærere potuit, nullus mortem potuit evadere suis viribus, nisi vitam condonassent alieni hostes, ut deduceretur in captivitatem,* ita quos palmis & manibus meis gestavi, *fovi & eduxi formaviq; tenerrimè,* hos inimicus meus consumpsit *immisericorditer, quos ego cupiebam augeri & magnos fieri. Hebræ* רביתי, *hostis imminuit & è medio sustulit.*

Usus. Convocas formidines meas.) *Deus fortitudinem hostibus auget, suis demit in bello, ubi ab eo Ecclesiæ cives recedunt in malo*

Doctrinæ generales ex hoc capite notentur istæ: I. Quæ sit iræ Dei adversus peccata gravitas. II. Quæ bellorum calamitas. III. quod nihil prosit loci alicujus sanctitas. IV. in quo consistat alicujus Reipubl. & Ecclesiæ felicitas; nempe quando ibi secundum jus rectè administrantur judicia, hîc autem sonat Dei verbum & salutaris prophetia. V. quæ verbi Dei veritas. VI. quæ precationis forma & utilitas.

CAPUT TERTIUM.

Argumentum.

QUemadmodum hactenus Ecclesia Judæorum sub specie alicujus fœminæ à Propheta introducta est, ita nunc porrò sub persona alicujus viri prodit, mala à DEO sibi immissa exponit, luctam carnis ad desperationem ob præsentem statum vergentis & spiritus ex promissionibus, naturaque DEI, & aliorum exemplis se in fide erigentis subjungit, & hinc peccata, malorum causas, confidens Deum rogat, ut ipsa servetur, præfracti autem hostes perdantur.

Partes majores hujus capitis possunt constitui tres, I. est à conquerente facta perpessionum, afflictionum seu miseriarum commemoratio, v. 1. &c. II. à conquirente argumentorum contra desperationem in tantis malis adductorum exaggeratio; ubi est certaminum spiritualium & consolationum verarum enarratio, v. 18. &c. III. est ad seriam pœnitentiam & ardentes preces exhortatio, unde fluit oratio rogans sui liberationem & inimicorum obstinatorum perditionem, v. 42.

Quis hîc loquatur?

Ex quibus rectè ponderatis solvitur ab interpretibus agitata quæstio, quis in hoc capite loquatur. Sunt qui Christo patienti hæc omnia literaliter tribuunt: sed malè, quia is nunquam a Jehova deficit, ideoq; non potest dicere, revertamur ad Jehovam, v. 40. rebellavimus, defecimus, v. 42. & is in cruce pendens pro hostibus

bus suis intercessit, non eos devovit. Deinde non potest ipse solus & unicus mediator dicere de se in plurali in prima persona, persequeris nos, dilatant contra nos, &c. Accommodari tamen multa Christo possunt hoc modo: Si verè de se potuit dicere ille, qui Ecclesiæ personam sustinuit. Ergo vir ille, qui experitur afflictionem, &c. multò magis id de se usurpare potest Salvator pro totius generis humani peccatis pœnas acerbissimas sustinens. Sunt igitur alii, qui Jeremiam nomine totius populi Judaici hæc omnia proferre existimant, sed more suo & threnodiæ convenienter, multis figuris exornata, ut tantò magis συμπάθειαν in aliis, & μετάνοιαν in ipsis Judæis afflictis excitet. Non itaq; (quæ est tertia aliorum sententia) cum Castro, Hebræis quibusdam & aliis, quos ipse citat, Jeremias hæc de se ipso suisq; calamitatibus dicit, tum quod multa ipsi non quadrent, tùm quod nec ipse de se solo in plurali poterit loqui.

More meo hic quædam, quæ in superioribus dubium alicui movere poterant, ὡς ἐν παρόδῳ explicabo. Illud ergo, I. quòd Ecclesia, sicut & quævis Respub. ac regnum (illa enim est regnum Dei) possit considerari ut corpus, plerumq; ut fœmina, ex superioribus constare arbitror, ideoq; hic verbum non amplius addam, ubi monuero, quod etiam sub viri imagine regnum possit adumbrari, quomodo pleriq; interpretes constanter asserunt, Dan. 2. Colossum fuisse viri magni speciem, inprimis quum dicatur de rege Babyloniæ, tu es caput aureum & quod fuerit imago aspectu terribilis, quod magis viro quàm fœminæ videtur competere. II. Quum assero, Christum sibi non posse attribuere peccata, quippe qui fuit, ἅγιος, ἀμίαντος κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, Hebr. 7, 26 dubitari potest de loco Psalmi 40, 13. ubi ait, assequuntur me iniquitates meæ & Psal. 69, 6. reatus mei tibi non sunt celati.

Regnum ut fœmina vel vir.

Ps. 40, 13.

De utroq; dixi pluribus ante annum, nunc paucis. Ut in nobis justitia Christi sic in Christo injustitia nostra, nempe per imputationem Es. 53 2. Cor. 5, 21. Et contrà, ut illa justitia non est, in nobis subjectivè, sic neq; injustitia in Christo: verè tamen, sed ut dixi. Imputatio enim non est, ut Pontificii putant, quædam fictio, (contrarium enim demonstrat effectus in nobis vita æterna, in Christo mors ipsa, aliæque afflictiones) & hinc justitia imputata non est putativa, sed vera, realis, non tamen inhærens subjectivè. Huc verbum Hebræum חשב

Imputatio.

חשב & λογίζομαι, *quibus mysterium illud exponit Spiritus Sanctus, & affer simile de calculis arithmeticorum, qui nil valent ex se, in abaco tamen hoc vel illo numerandi actu valent viginti, centum, mille, &c. pro diversitate collocationis. Simile autem hoc non est idem.*

Deus de se loquitur pluraliter.

III. Scitis, quod soleamus adhibere tale argumentum ad probandam personarum in divinitatis unitate pluralitatem, quod Deus de se loquatur pluraliter. Quinq; locis, habet Hafenrefferus in suo Compendio; sed secundus Genes. 2,18. in fonte singulare verbum habet addi autem potest ex Cantic. 1, 11. Malach. 1, 6. Judæi, Photiniani,) & similes hæretici existimant fieri hoc tantùm honoris ergo. Rectè autem tum cum Abenezra ex comment. in Genes. c. 29. v 27. reponimus, quod nunquam quisquam in sacris literis de se loquatur ipse pluraliter. Hoc vult infringere R. D. Kimchi & cum eo Buxtorf. thes. Gramm. l. 2. c. 10. p. 399. sic Druf. & alii; sed respondeo brevissimè: in exemplis objectis esse synecdochen, Genes 29,27. dabimus tibi eam, ego & uxor, quia, ut inquit Catullus,

Virginitas non sola tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars patri data, pars data tertia MATRI,
Tertia sola tua est.

Num. 22,6. percutiemus, *ego Imperator & milites, Job. 18, 1.* reputamur ut jumentum *nimirum ego & amici recte loquuti, 2. Sam. 16,20.* Quid facturi simus, *ego & reliqui consiliarii, Dan. 2,36.* Dicemus interpretationem, *ego Daniel & socii omnes seu oratione impetrantes Cant. 1,4.* Curremus, *ego sponsa & meæ puellæ, quarum sæpe ibi mentio, Job. 11.* loquimur, *Pater ergo & Spiritus S. vide problema adjunctum Psal. 7.*

IV. Poterat quis existimare supervacaneum esse multum inquirere, quis sit ille, qui loquatur: sed res longè aliter se habet. Si enim statuimus, quod ipse populus Dei simpliciter faciat hîc sermonem, putat Piscator pro sua αὐθαδείᾳ, esse textum corrigendum, & ubi constanter legimus עמי לכל— *cum toto populo meo, (quod tamen Ecclesia poterat dicere de membris suis) esse reponendum* עמים לכל— *omnibus reliquis populis infidelibus, quum tamen Aben-*

Abenezra multos alios modos conciliandi ostendat, nimirum ita dicere Ecclesiam de iis, qui ipsi antea fuerant subditi, ut Moabitæ, Ammonitæ, &c. vel jod esse paragogicum, sed de hoc postea.

Vers. 1.) Partis primæ hìc habetur prolepticapropositio, & summa secuturæ querelæ, in qua duo hæc occurrunt, afflictionum magnitudo, & affligentis fortitudo, seu patientis miseria, castigantis potentia & justitia. Ego ille vir *sum, qui* videt afflictionem *& experitur varia mala, non quidem fortuitò, sed* per virgam furoris *illius, Dei scilicet, ubi relativum pro antecedente. Quod autem Deus ille sit, ex antecedentibus duobus capitibus, sequentibus in hoc ipso, & subjecta materia facilè constat.*

הגבר *h.l.* ה *non modo emphaticum, sed etiam demonstrativum, ut indicat, cum reliquis sint hæc mala prædicta, sibi esse spectanda, & quod quæ alii tantum auribus acceperunt, ipse oculis coram usurpet, imo sentiat, quod est longè gravius. Relativi autem hìc est quædam ellipsis, & sub finem versus quædam etiam antecedentis substantivi.* Ellipsis. *De utraq; vide Buxtorf. thes. l. 2. a. 8. anomalia 1. & 2. p. 373 374. Sicut & de Enallage nominis constructi* עני *pro* עני, *lib. 2. c. 4. p. 347. 348. quam ignorans Chaldæus & vulgatus putavit esse* עניי *& hic vertit, paupertatem meam, Græcus* πτωχίαν *; sed nimis strictè ac à scopo alienè. Est enim paupertas quidem onus miserum & grave, atq; afflictio, hìc verò illam solam non intelligi, imò non intendi potissimùm, sequentia docent. Virgam autem furoris nominat hanc addifferenciam virgæ castigationis paternæ, de qua 2 Sam. 7, 15. Psal. 89, 33. 1 Cor. 4, 21. Psal. 23, 4. Mich. 7, 14.* GOttes väterliche Zucht-Ruthe. Virga Dei duplex. *Altera autem illa est herilis indignationis Psal. 6, 1. & 2, 9. Apoc. 2, 7. Job. 9, 34 & 21, 9.* GOttes schreckliche Zorn-Ruthe. *Quia autem de captivitate Babylonica, & malis in & ex ea oriundis dicit, conferatur locus Esa. 10, 5. ubi Rex Babyloniæ appellatur virga iræ Dei.*

Vers. 2. Calamitatis magnitudinem incipit explicare, adductâ similitudine à carcere squalido, tenebroso & munito, unde nullus datur exitus. In hoc versu autem notetur abducentis in carcerem potentia, & abducti miseria ac indigentia. Me adduxit *ex meis sedibus, ubi commodè habitabam, &* fecit ire *seu egit me* in tenebras (*Græci* εἰς σκότος, *& sic etiam vulgatus Latinus melius,*

Tenebræ. *melius, quàm Tremellius, agit me tenebris, ut Piscator. in tenebris)* non autem in lucem, *hoc est, in densissimas afflictiones, omnig; prosperitate carentes, in miserias & mœrorem me conjecit, nullisd; rebus secundis aut lætitia beat, ut illos judex in carcerem tenebrosum compingit iratus, quos in sceleribus deprehensos ad pœnam est tracturus.*

Quod tenebræ omnis generis mala, & lux bona denotent, suprà 2,1. Confer Amos 5,18.20. Mich 7,8.9. Soph. 3,5. Joel. 2. Nah. 1,8. Ellipsis præpositionis ב aliunde facile suppleri potest. vide quæ de phrasi simili dicta sunt Hos. 6, 6. Vulgatus verbum Hebræum נהג vertit, minavit, *quod quale sit, credo multos ignorare:* Minare. *Extat tamen id (in vetustis Exemplaribus) Exod. 3, 1. & adhuc 1. Sam. 30,20. 2. Sam. 6,3. 2 Reg. 4,24. 1. Chron. 13, 7. Esa. 11,6. & 20. 4. Nahum 2,8. Act. 18,16.* ἀπήλασεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ βήματος, *& minavit eos à tribunali Jac. 3,4.*

Vers. 3.) Duo illa exaggerantur hîc, rei calamitas, judicis crudelitas, & hæc quidem hoc versu declaratur, animi hostilitate, plagæ gravitate & durabilitate. אך Profectò contra me conversus est *ille, qui antea stabat à meis partibus,* & mutavit manum suam, *eâ, qua me quondam protegebat, nunc percutit, & quidem* totâ die *sine intermissione, Psal. 32, 4. Tremellius medium comma ita explicat, quasi diceret, continenter me verberat ab utrag; parte, ab unâ manum obvertit, ne ego caput avertam, & alterâ plagas infert. De particula* אך *suprà sic satis, eam Græcus hîc reddit* πλὴν, *& Latinus interpres, tantum: non eadem emphasi. Lutherus hîc, sicut & versu 1. sensum respiciens liberiùs quidem (dum quæ conjunguntur, paululum disjungit & contrà) sed & dilucidus vertit. Potius autem, quàm ut cum phrasi* יהצך ירך, הפך יע *conferam Psal. 77,11. (qui locus quomodo debeat reddi, discrepant interpretes; certè sensus, in quo eum accipit Piscator; minimè ei convenit) expendo phrases similes, Exod. 14,5. 1. Sam. 10,9. 1. Reg. 22,34. 2. Reg. 9,23. 2. Chron. 18,33. Psal. 105,25. supra 1,20. Hos. 11,8. Vide exercit. biblic. edit. 3. p. 780. & seqq.*

Quia in hoc capite semper tres versus, breviores tamen, ab eadem litera incipiunt, etiam in locis doctrinæ eruendis eos placet conjungere. Discimus Ex Versu I. quod duplex sit Dei virga, Duplex virga. *patris*

patris bonos ad frugem reducentis : judicis , improbos in nihilum redigentis.

Ex Vers. 2.) *Ut est vicissitudo lucis, sic & crucis, si modo sequimur vestigia Christi nostri ducis. Contrà Diabolus per delicias ducit suos in miserias & tenebras.*

Ex Vers. 3.) *Dei manus vel est munientis vel punientis. Hinc conciliabis locos duos in speciem pugnantes 2. Sam. 24, 14. Heb. 10,13. ibi placati , hic irati manus , ibi benè homo castigatur ; hic plenè devastatur.*

Ex Vers. 4.) *Pergit demonstrare plagarum seu afflictionum suarum magnitudinem ex effectis , insignisq; aliis, & in hoc versu ostenditur corporis præ macie contractio , & roboris ex mœrore confractio* בלה, Vetustam fecit, *senio confecit (seu senium induxit , hoc est, rugas & maciem, quæ videntur in senibus Psal. 6, 8.)* carnem meam & cutem meam , *atq; adeo hac mœstitia* confregit ossa mea, *omne animi & corporis robur dejecit. Confer Psal. 6,3. & 32,3. & 51,19. & 141,7.*

בלה

כלה *est à* בלה *inveteravit , unde non malè Græcum* παλαὸς *&* παλαιὸς, *& licet is, qui aliquid veterascere facit, terat : tamen cum Tremellio & Buxtorfio , (qui sæpissime mordicus verba ejus in Lexico suo retinuit) non facilè verterim h.l. terit, siquidem hoc potest fieri uno momento : Illud alterum autem est longè emphaticώτερον, quoniam mœror ante annos facit senescere : Lutherus* Er hat mein Fleisch und Haut alt gemacht / *Job. 10, 11. Ezech. 37,7. etiam conjunguntur & h.l. faciunt rythmum quendam* בשרי ועורי. *Cum etiam loquatur de se vivo , non puto cum vulgato esse potiùs reddendum , pellem meam , quum illa plerumque notet cutem detractam corpori mortuo. Probo hic illam allegoriam de Castro, quando Respub. judaica hic loqui intelligitur , quod ejus caro notet honestiores & meliores cives ac incolas , cutis plebem & fecem vulgi ; ossa fortes & potentes , quibus aliunde posses addere, nervos nempe divites , qui habent nervum rei gerendæ , crines , decora & ornamenta Reipub.*

Reip. caro. Cutis, Ossa.

Vers. 5.) Nunc respicit adv. 2. & describit carceris sui munitionem ac victus rationem. Ædificavit contra me, *non ab una parte aut latere , sed circumcirca ,* & circumdedit me,

Græci, ἐκύκλωσε, Er hat mich rings umher vermauret oder verbauet / *ita, ut nulla lux ad me pertingat, & nulla evadendi spes supersit, circumdedit me* felle & molestia, *dum felle me in carcere potat, & multas ita mihi molestias ac ærumnas exhibet, quibus me detentum circumsidet, & quasi militibus cingentibus oppugnat* Fel. *Fel enim propter amaritudinem summam notat mala maxima & acerba, Jer. 8, 14. & 9, 14. 23, 15. Confer Psal. 69, 22. Infra v. 19.*

Quinam sequuti Chaldæum interpretem referunt illud vulgati interpretis, ædificavit in gyro meo עלי, *ad obsidionem, sed citra necessitatem, quum se describat hic velut carcere conclusum, non in urbe obsessum vide v. 6. Vocabulum* ראש *autem quia est ambiguum, hic etiam ambiguas peperit interpretationes: Græci per* κεφαλὴ *interpretantur, Tremellius per cicutam.* תלאה *notat molestum laborem, quo defatigamur & defetiscimur, ut Græcè* κόπῳ.

Vers. 6.) Etiam apponit carceris sui squalorem, & incarcerationis moram longiorem. In tenebrosis locis *seu sepulchris* me *vivum* collocat (*ut enim superiori versu ad supplicium illud gravissimum respicit, quo homo turri rotundâ inclusus nunquam liberatur, neq; ad aliorum hominum consortium ullo modo admittitur, ita hoc versu videtur alludere ad illud, quando vivi defodiuntur*) *Captivitas enim gravior alibi in sacris confertur cum morte, & solutio ex ea cum resurrectione. Ezech. 37, 11. 12. 13. 14. de tenebris autem metaphoricè sic dictis vide supra v. 2 & diu me in hac servitute ac captivitate, quæ liberis hominibus instar mortis est, detinet,* sicut mortuos *jam olim, qui jampridem diem suum obierunt, & de quibus vix ulla extat memoria, Confer Ps 88, 5. 6. 7. & 143, 3.*

הושיבני *sedere me fecit, collocavit diu, quod non caret sua emphasi. Confer quæ de verbo* ישב *c. 1. v. 1. dicta, & alibi. pro* כמתי *legerunt Græci suo more,* ὡς νεκροὺς: *quin etiam primam vocem hujus versus ad versum præcedentem retulerunt, quod utrumq; correxit vulgatus Latinus, qui* מתי עולם *vertit mortuos sempiternos, Lutherus* die Todten in der Welt / *Chaldæus* עולם כמיתין ראולן לעלמא אוחרן עולם *sicut mortui, qui eunt*

eunt in seculum aliud. Hebræi enim hanc vitam appellant עולם הזה *& alteram seu futuram* עולם הבא. מחשבים *notat multitudinem & magnitudinem, quemadmodum aliàs profundissimum barathrum vocant* מעמקים *Ps. 130, 1. Sed penè exciderat, quod primo loco dictum oportuit in h. versu nimirum captivitatem quandoq; describi in sacris ut mortem, & liberationem ex ea ut resurrectionem, idq; etiam fieri Ezech. 37. scio plerumq; hoc citari ad ipsam universalem resurrectionem carnis probandam: Verùm inspiciatur textus, aliud clamabit v. 11. I. Ossa illa sunt tota domus Israëlis: non igitur universalis resurrectio indicatur vel adumbratur, nisi quis cum Judæis velit nugari, tantùm Israelitas esse resurrecturos quod refert R. D. Kimchi in Psal. 1, 6. & 22, 30. Sic etiam Anabaptistæ in Coll. Frankenthalensi, Photiniani, licet obscuriùs. De scopo dixi, qui semper observandus, vide totum caput 36. ubi habentur consolationes simplices, fore, ut liberentur, non sit captivitas perpetua vers. 1. 2. hic cap. 34. typo & visione ornata, sed ut alibi hîc quoq; ἡ δόξα βιάζεται ἀλήθειαν. II. vers. 16.* Ecce dicunt *& v. 12.* dices eis *sunt in illa morte, in qua possunt loqui & audire Prophetam. III.* Ecce aruerunt: *at eorum plerorumq; certè maximam partem, qui resurgent in extremo judicio, ossa non aruerunt, sed planè computruerunt, nec aruisse dici possunt, qui plane desierunt esse. IV.* Succisi sumus, quod ad nos. *E. talis resurrectio intelligitur, in qua homo ipse aliquid potest quandoq;. V.* Sepulcra vestra, *non de omnium omninò loquitur. VI. v. 14.* Collocabo vos in terra vestra. *Sed resurgentes in extremo judicio non in terra collocantur, sed in cœlum subvehuntur vel in infernum detruduntur Matth. 25. Luc 16. Confer etiam hoc dictum Esa. 26, 19. quod etiam solet citari pro universali resurrectione. Interim de dicto Jobi c. 19, 25. & Dan. 12, 1. &c. (quod ita accipiunt Photiniani) aliter sentire didicimus, quod verè loquantur de illa resurrectione carnis ultima ad judicium. vide Brigthmannum in Danielem. Ut autem de præcedentibus tantò melius constet, de analogia scripturæ, revocemus nobis in memoriam, quod etiam omnis gravior calamitas, mors, & inde liberari resurgere vocet scriptura, quod vel in Clave Flacii videre est.*

Ezech. 37. non agitur de universali resurrectione.

Es. 26, 19.

Ex vers. 4.) *Nulla potentia adversus Dominum, ubi regnat flagitium. Sed ut ira Dei facit vetescere; ita gratia ejus juvenescere, Ps. 103, 5. Es. 40, 21. qui igitur diu cupis vivere, memento eum colere, Exod. 20, 12.*

Ex vers. 5.) *Quem Deus obsidet, nullam elabendi rimam habet, & qui hoc non agit, ut fruatur Dei melle, satiatur ab eo felle.*

Ex vers. 6.) *Peccatis dediti jam vivi mortui sunt perditi, 1. Timoth. 5, 6. & qui non vult in luce ambulare, hunc Deus vult in tenebris collocare.*

Vers. 7.) Persistit in descriptione carceris munitissimi & horridissimi, ubi notanda murorum firmitas & vinculorum gravitas. Sepit circum me, *sepeum circundedit mihi, vel, ut habet vulgatus, circum ædificavit adversum me, alio muro seu sepe exterius carcerem circum munivit, non ex ligno aut rudibus lapidibus, sed secto, cæso, quadro, lapide magno, qui moveri nequit,* ut non egrediar, *ne ullo modo me viribus meis exiturum sperem, confer v. 5.* aggravat æs meum, *metonymicè, chalybeas numellas meas, Luth.* er hat mich in harte Fessel geleget/ *Thargum,* כבלין דנחשא, *id est, compedes æris.*

גדר *significat claudere &* גדרה *notat clausuram quamcunq; sine discrimine materiæ, ex qua illa constet, inde sine dubio est nostrum Germanicum* Gadder. ו i.e. ut. *a. h. l. sumitur pro* ut, נחשת *Jon. 1, 11. sup. 1, 19. & infra vers. 2.* נחשרה *significat æs, & metonymicè compedes chalybeas. vide Jud. 16, 21. Sic Hiskias serpentem æneum à Mose olim in deserto erectum vocat* נחשתן, *id est, æreum tantum modo, & proinde divinis honoribus indignum, ad quem locum vide in Bibliis nostris Germanicis egregiam Lutheri glossam, quæ mihi se magis probat, quàm quod alii dicunt, quod ita vocaverit illum serpentem quasi virus, quo inficerentur in eo colendo homines spiritualiter. vide in illa significatione, Ezech. 16, 36. & 24, 11. Vulgatus autem Latinus vertens compedem meum, omnino solœcismum committit, num duplicem? viderint alii.* 2 Reg. 18, 4

Vers. 8.) Ut tantò magis, Dei ira quanta sit, depingat suum in rogando auxilio ardorem, & Dei in eo denegando crudelitatem apponit. Quum nihil aliud restat, quàm ut ad preces me convertam,

vertam, ecce etiam illa ſpes decollat, quia etiam, cum clamo *fortiter, imò* vociferor, *omnes q3 putant fore ut exaudiar, ille* obſtruit *aures ac feneſtras cœli* orationi meæ *humilimæ, eam q3 non admittit, neq3 ullo modo mei miſertus hæc mala mitigat adhuc dum, ſed quod de ſe dicit afflictiſſimus Jobus c. 30, 20. 21. mihi factus eſt in crudelem, non modo ſurdis auribus præteriens, ſed ne quidem ullo modo ad preces meas attendens.*

De verbis שוע & זעק & *nomine* תפלה *ſicut* & חתם *alibi fuit dictum, ideoque hìc actum non agam, Jon. 2, 2. Hab. 1, 2. Pſal. 22, 6. & 4, 1. & 6, 10. Exerc. bibl. edit. 3. p. 352. Quemadmodum de Deo ſcriptura nobis condeſcendens loquitur ἀνθρωποπαθῶς, ita etiam de cœlo ejus habitaculo ſeu palatio, cui atribuit quandoq3 feneſtras ſeu catamactas, de quibus Deus proſpiciat, ut vel bona & mala hominibus porrigat. Conferantur loca Gen. 7, 11. & 8, 2. 2. Reg. 7, 2. Eſ. 24, 18. Mal 3, 10. Et porrò Exod. 14, 24. Deut. 26, 15. Pſal 14, 2. & 102, 20. infrà v. 50. Hinc adeo cogitamus, ubi Deus nos audit noſtras preces, nec juvat, eum non videre, feneſtras cœli eſſe clauſas, ne vox noſtra perrumpat. Hinc illa blaſphemia Luciani, qui fiat, quod multorum preces non audiantur. Sic h. l. vulgatus, excluſit orationem meam: non malè, modo recto intelligas. Vide etiam Chaldæum. In fine hujus & præcedentis verſus eſt rythmus* נחשתי תפלתי. Feneſtræ cœli.

Verſ. 9) Pergit deſcribere ſui carceris maximam firmitatem confer v. 5. & 7 & conſiliorum ſuorum vanitatem. confer v. 11. & 14. ſepit vias meas *non ligno, non pariete, ſed* lapide cæſo גזית כגזית, *ideſt, lapide grandi, ſed polito à fabris, ut fundamenti loco ponatur (vide 1. Reg. 5, 17. 1. Chron. 22, 2. Eſa. 9, 10. Ezech. 40, 42. Amos 5, 11.) in templis, regiis palatiis & omnino omnibus illis ædificiis, quæ cupimus perennare,*

Quæ non imber edax, non aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries & fuga temporum,

quomodo h. l. ſecundum ſubjectam materiam notat valida & inſuperabilia impedimenta, ex quibus nemo ſe poſſit expedire, præſertim

quia, si quid consiliorum cepit conclusus, statim consumit, ob perspicaciam custodis, semitas meas, *rationes, quibus evadere tento,* pervertit *& quæ erant certa, incerta reddit, quæ profutura credebam, facit ut noceant, quum puto me egredi, demùm me in carcerem ipsum penetrare cogor. Luth.* Er hat meinen Weg vermauret mit Werck-Stücken/ und meinen Steig umgekehret.

De verbo גדר *suprà. Per viam autem & semitam quod intelligatur id omne, quod homo agit, molitur, conatur, intelligi explicatum est Psal. 1, 1. alibi. Pervertere autem alicui viam est ejus rationes conturbare, ne videat aut sciat, quomodo se extricet. Conferri possunt, quod ad rem, hæc loca Job. 3, 22. & 19. 8. Hos. 2, 6. Etiam Num. 22, 24.*

Pervertere viam.

L. C. Ex vers. 7.) *Qui verba Dei non audit, eum carcer infernalis tandem claudit, Matth. 5, 26. & 18, 34. Et quem non afficiunt Dei admonitiones suaves, hunc tandem conficiunt minæ, pœnæ & catenæ Dei graves, Psal. 32, 4. & 38, 4. 5.*

Ex vers. 8.) *Qui Deo in tempore gratiæ non obedit, ab hoc tempore iræ ille recedit, & si quis suum cor obdurat, huic etiam postea clamanti aures obthurat Prov. 1, 24 &c.*

Ex vers. 9.) *Qui ad Dei consilia non advertit, hujus molimina ille pervertit & si quis in viis Domini rectis ambulare non cepit, hujus vias malas & tortuosas tandem sepit, Psal. 125, 4. 5.*

Vers. 10. Interserit iterum aliquid de affligentis crudelitate, vide supra v. 1. & 3. eamq; similitudine ab urso & leone desumta declarat, indicatq;, se omnibus modis à Deo observari, cùm occultè, tùm apertè, tùm clam, tùm palam, tum artibus, tùm viribus, unde sine dubio constabit de ira Dei, quando feris dilaniantibus se confert. Ursus insidians est ipse mihi, *qui si quid corripere potuit, arctè tenet, & crudeliter interficit. Quum enim non tam velox sit ursus, ut in cursu facile aliud animal capiat, ingeniosè occultat se, & si quid nec opinans vel oscitans comprehendere potest, ingenio tarditatis suæ damna rependit. Vide etiam Hos. 13. 8. Amos 5, 19. & est velut* Leo, *qui diu* delituit in latibulis *impastus, de quo Virgilius 7. Æn. Eum enim fames in obvia quæque*

Ursus.

Leo.

anima-

anima'ia concitat, neq; tum parcit, sed quicquid se offert, discerpit, Psal. 22,13. vide Hos. 5,14. & 13,7. quæ loca quia eandem habent similitudinem, cum hoc confer. id ergo notat, Deum, si ipse conetur (quod tamen fieri nequit) carcerem effringere atq; egredi, observare eum, ut exeuntem ex insidiis opprimat, ex fuga retrahat & prorsus dilaniet.

דב, *idest, ursus, quem sic dictum volunt quidam quod truculentia sit infamis,* דבה *enim notat infamiam* הוא *pronomina illa sæpè sustinent vicem verbi substantivi, præcipuè in tempore præsenti, quod non habent Hebræi, convenienter naturæ. Buxt. l. 2. c. 6. reg. 1. Exceptione prima & secunda, p. 356. & c. 10 reg. 1. pag 386. De nominibus quæ notant leones, alibi Psal 7, & c. hoc in loco autem est illa constructio, de qua Buxtorfius monet l. 2. c 1. sub finem pag. 308. & 309. & c. 3. reg. 1. sub finem pag. 333. & notatur* Leo immanis. *ille Leo, qui viribus confisus non semper venationi dat operam, sed in latibulo securus latet, donec fames eum exire cogit, tum fretus robore suo & velocitate sperat se facile inventurum victum. ita crescit exaggeratio. Conjunguntur etiam alibi ursus & leo, 1. Sam. 16, 34. 36. 37. Prov. 28,15. Esa. 11, 6. 7.*

Versus 11.) *In similitudine cœpta persistit, & describit Dei velut Leonis celeritatem in discerpendo, ac suam infelicitatem in pereundo. Sicut enim Leo ovem, hinnulum &c primò vagari efficit, dum ei inhians persequitur, & quando comprehendit, discerpit; sic Deus, qui mihi est jam velut Leo, Esa. 38,13. supra v. 10.* vias meas vagas efficit & *omnia consilia & molitiones evertit, dum me prævertit dum me semper antevertit, & quando me prævertit aç invenit,* discerpit me, ac reddit *me plane* desolatum, *ita ut nihil restet.*

סורר ררכי טרוד *verti cum aliis activè. Kyberus dicit quod ita explicet Chaldæus, quasi esset à* סור, *hoc est, spina, spinis obsepsit vias meas, ut sæpe audivimus, sed in Hebræo reclamat* ἔτυμον, *ubi multum differunt* סור & סור *sed ipse Kyberus errat; habet enim Chaldæus* סרך *hoc est, circumivit, circumdedit LXX.* κατεδίωξεν ἀφεστηκοτα, *persecutus est recedentem, quasi servum fugitivum aut hinnulum fugientem. Quid si verò secundum R. Mardochæum Nathanem in Concordantiis Hebræis hoc vocabulum referamus ad* סרר? סורר *autem ut constat ibi ex inductione locorum biblicorum*

rum (ex quibus pauca hæc vide Deut. 21. 18. 20. Psal. 66, 7. & 78, 8. Esa. 1, 23. & 30, 1. & 65, 2. Jer. 5. 23. Hos. 4, 16. & 9, 15.) significat neutraliter recessit, refractarius fuit, tùm esset hic sensus: quando meæ viæ singulæ (eam enim distributionem indicat illa constructio, vide Buxtorf. th. l. 2. c. 2. anom. 1. p. 312. Confer, quæ habet idem c. 10. anom. 2. p 389.) recedentes sunt seu refractariæ, statim discerpit. Doctiores viderint, ita significatio usitata omnino retineretur, & causa mala simul indicaretur, hoc est, ut loquitur Tertullianus l. 2. adverſ. Marcion. c. 24. malum peccatorium & ultorium simul declararetur.

פשח *צשח esse Chaldæum scribunt Lexicographi, & quum non sine causa hìc sit adhibitum, nec præterea in totis bibliis Hebræis reperiatur, extantibus aliis vocibus, quæ idem denotant, non erit contra fidei analogiam, si dicamus, id innui, quod per Chaldæos fuerint Judæi discerpendi. sed liberum esto cuiq; sentire quod libet in hisce. Conjectura hæc est, quam attuli, non ratio. In medio hujus & sequentis versus est rythmus ויפשחני ויצו בני שומם quia ad civitatem refertur LXX. & vulgatus Latinus in genere fœminino expressêrunt, ἠφανισμένῃ desolatam.*

Vers. 12.) Magis perspicuè explicat, quid hactenus allatis similibus voluerit, nimirum in hoc est, ut depingat irati Dei erga se manum & animum; illa in armis præparandis, hic in telis rectè dirigendis occupatur. Tetendit *seu adduxit calcando* arcum suum, *vide supra c. 2, 4. Et Psal. 7, 13. & ne dicas,*

Non semper feriet, quodcunq; minabitur arcus;

scias, quod hic non peccet Jud. 20, 16. neq; unquam aberret, quia (ut habet vulgatus Latinus cum textu Hebræo) & posuit me quasi signum ad sagittam, (*Luth.* Er hat mich dem Pfeil zum Ziel gestecket) *quod tamen per quandam trajectionem perspicuè magis efferas, statuit me sagittæ suæ ut scopum, ad quem collineet, & quem omnino attingat.*

Dei arma. *Deo etiam ἀνθρωποπαθῶς tribuuntur in scriptura arma; arcus Psal. 21, 13. Hab. 3, 9. 11. alia loca alibi citata vide. gladius Gen. 3, 25. Jud. 7, 20. Esa. 27, 1. & 34, 5. 6. Ezech. 21, 8. 9. 10. & 31, 5. 6. hasta Sir. 29, 16. quid multis? DEum armatum velut vide Sap. 5. v. 18.*

f.v.18.19.20.21.22.23.24. & quod paulo post dicit de scopo Job.16,12. & vide etiam hanc similitudinem hostibus infensissimis esse accommodatam, Psal.64,4.5. Hic etiam non est negligenda emphasis verbi הציב *quod notat firmiter statuit seu collocavit, ut non nutet aut locum muret, sed velut immobilis hæreat, & hoc loco secundum subjectam materiam (nam alibi in bonam partem etiam accipitur) significat aliquem affigere columnæ seu statuæ ; atq; ita contra eum tela dirigere· Ita denuò ad supplicium aliquod militare respicit Propheta. Scopus autem vocatur apud Hebræos* מטרה *(hîc tamen est* ה *loco* ח *) à rad.* נטר *(hinc Græcum* Τηρέω *) id est, custodivit, asservavit, unde etiam pro carcere alibi hoc nomen usurpatur ; hîc verò notat illum scopum, quem quis diligenter servat & oculis intentis respicit, ne aberret.*

הציב

מטרה

L. C. Ex versu 10.) *O homo cave Deum adiram incitare, quia vides pœnam te non posse evitare.*

Ex versu 11.) *Qui à Deo, ejusq; viis rectis & certis deficit, hujus conatus ille vagos & irritos efficit :*

Ex versu 12.) *Quando Deus petit alicujus vitam, facilimè attingit hanc metam.*

Ex versu 13.) *Venatori Deum comparavit vers. 12. quod autem jaculis suis non fallat, neq; aberret, nunc indicat dicens, quanta sit Dei immittentis sagittam virtus & quantum suum recipientis vulnus.* Immmisit in renes meos usque tela, *seu filios* pharetræ *suæ, ut ita concupiscentiæ parvæ sedem denotet, unde omnia peccata, propter quæ punior, profluunt.* הכניס *adduxit, summa vi adegit, Græci* εισήγαγε. *Dei enim manus non tantum exteriùs vulnerat, sed ipsa intima ossa ac medullas penetrat, unde hîc mentionem renum facit, quorum mentionem synecdochice* Renes. *omnia intestina intelligit, ut aliàs usurpari solet eodem modo cor, jecur. Sic Deus dicitur scrutari corda & renes Psal.7,10. Jer. 11,20. & 17, 10. & 20,12 Psal.26,2. hoc est, est* καρδιογνώστης *Actor.1, 24. non habet necesse quærere, quia novit quid sit in homine, Joh.2,25. Sic hominem pium erudiunt renes, hoc est suas cogitationes etiam ad normam legis componit, Psal.16,7. Contra à renibus improborum seu hypocritarum esse longinquus Deus dicitur, Jer.12,2. quia non est timor Dei in corde eorum : Significat itaq; in sacris literis sæpe hoc*

nomen interiores affectus, cogitationes, cupiditates, Psal. 73,21. & 139,13. Hinc in lege Deus renes sibi offerri mandabat, innuens animum & cor, non externas ceremonias se velle. Exod. 26,13.22. sic Levit. 3,4.9. cap. confer autem cum h.l. Job. 19,13. Per Hebraismum autem notus filios pharetræ vocat tela, quæ solent in pharetra velut filii in gravida matre latere, quomodo Horatius l. 1 eod. 22. gravidam sagittis pharetram appellat; & contra ipsi filii sagittis conferuntur Psal. 127, 5. vide autem de similibus multis Hebraismis in Exercit. biblicis edit. 3. pag. 468 470. Buxtorf. thes. l 2. c 3. p. 328. 329. Vide etiam quæ dicta Jon. 4, 10. Zach. 4, 14. De sagittis autem Dei, quæ designant magnas & improvisas calamitates, alibi dictum est Ps. 91, 5. & 7,14. Conferri possunt Deut. 32,23 42. Job. 6,4. Psal. 18, 15. & 38,3. & 45,6. 64.8. & 144,6. Hab. 3,10. Zach. 9,14. Etiam ad observationem superiori versu traditam de armis Dei hoc pertinet.

Filii pharetræ.

Sagittæ Dei.

Vers. 14.) Infelicitas populi Judaici satis est declarata, sed tamen eam non parum auget hostium insultatio, tam quæ in gestibus, quàm quæ in vocibus & cantibus consistit. Exponit itaq; hoc versu; quàm magna sit inimicorum irrisio, & quàm longa illusio; Factus sum deridiculo, seu fui risus, *hoc est, materia risus* omni populo meo, *cum illi, qui mecum eandem ex parte habent originem seu stirpem, quales sunt Moabitæ, Ammonitæ ex Lotho, Edomæi ex Isaaco, Nabathæi, Kedareni &c. ex Abrahamo simul oriundi (vide Gen. 19,37 38. 16,10. 17,20. & 25.12. 13. 14. 15. & 36. toto) tùm illi, qui mihi hactenus pravit, vide 2. Sam. 8. 1. Reg. 4, 21. tum deniq; & isti, qui fuit mecum fœdere conjunctus, quales Ægyptii, ipsi Assyrii &c. Hic enim omnis populus regni Judaici eo modo, quo dictum, quum debebat malis ejus dolere, vehementer lætari atq; exultare ipsius vastatione atq; exilio visus est. Quod expressè de Edomæis legimus Psalm. 137. atq; ut ipsi tantò magis suam παιχαιρεκακιαν declararent, carmina quædam scoptica, seu illusoria de clade Judæorum confecerunt, eaq; ad instrumenta musica decantanda curarunt, ego sum factus* modulatio istorum *hostium meorum vel malefidorum amicorum* toto *& omni* die, *de me modulantur, & de meis malis insultantes mihi, ad fides ipsas canunt, quod*

Populus meus cur dicat Israel?

auget

auget meam infelicis tristitiam Lutherus, Ich bin ein Spott allem meinem Volck/und täglich ihr Liedlein.

שחק *est infin. Cal. à* שחק *quod idem cum* צחק *(unde Isaaci nomen vide Amos 7,9. tam per* ש *quam* צ *notat risit, irrisit, delusit. Id vel Paulo interprete disces. Ubi enim habetur Genesis 21,9. Videns Sara filium Hagaræ* מצחק *ridentem v. 10. dixit, ejice ancillam & filium ejus: Paulus Gal. 4. v. 29. vertit* ἐδίωκε *persequebatur, Confer. Gen. 39,14.17. Atq; hinc, sicut etiam ex Ps. 22,8 disces, quàm acerba hæc sit insultatio, quæ etiam à Deo ipso maximæ pœnæ loco est denunciata Deut. 28. v. 37.* שחק ἐδίωκε.

לכר—עמי *quid particula universalis notet, jam dixi, nunc de præfixo, quod sine causa Tremellius & Junius reddunt cum. Potest credo dari locus ubi* ל *pro* עם *accipitur ut Gen. 46,26. à quibusdam explicatur; sed num in hac phrasi, ubi* שחק *cum* ל *construitur, ita possit accipi, est Quæstio, & quia infinitivus ille ponitur loco nominis, hactenus etiam pari passu ambulabunt, Confer Job. 12,4. Prov. 10,23. Jerem. 20,7. & 48,25. 31. Supr. 1,7. Hab. 1. 10. & videbis, non habere illam explicationem hîc locum. Affixum sine causa mutat Piscator:* עמים, *dicit, legendum esse sententia hujus loci clare evincit, ut patebit consideranti, hîc loqui ipsum populum Dei. Argumentum esse tale; Ubi populus Dei loquitur non potest dicere, factus sum risus populo meo; sed hîc loquitur. E. Majorem esse falsam ex supradictis patet, quod jampridem antea monstrarat in suis annotationibus Abenezra, quem non esse inspectum à Piscatore miror, quum aliàs soleat talium esse indagator industrius. Id autem in Piscatore non laudo, quod textum authenticum corrigere nititur, quod si semel admittimus, quæ erit demum certitudo? Scio solere nonnullos ad Hos. 14,2* פרים שפתינו *notare, scriptum sibi olim videri* פרי, *eò quod apostolus vertat* καρπὸν χειλέων, *Heb. 13,15. quum* ם *finale soleret ad compendium scripturæ (ut hodie sæpe in* סופי תיבות *in pluralibus apud Rabbinos* ם *omittitur) non scribi, atq; ita fuisse ibi additum, ubi abesse debebat, sed etiam ibi vel Enallage statuum vel ellipsis facile excusat, ut alibi docetur, ne opus sit textum authenticum emendare.* נגן *proprie pulsavit instrumentum musicum, unde* נגינות *talem cantum significat, de illa voce pluribus dictum & actum Psal. 4,1. Confer quod* ל pro עם. Piscator. Hos. 14,2. נגן.

ad sensum hujus loci Job 30,9. infra in hoc capite v. 63. & 5,14. Ezech.33, 32.

Vers. 15.) Persistit in eadem metaphorâ, quam fermè ab initio hujus capitis cœpit, nempe se confert in carcerem pessimum & firmissimum compacto, in quo etiam satis duriter tractetur, unde & hic (sicut & supra v. 5.) conqueritur de victus sui amaritudine & potus sui acerbitate. Satiavit me amaritudinibus, *hoc est, summâ amaritudine, siquidem plurale denotat ἐξοχὴν,* & inebriat *seu rigat vel potat me* abundanter absinthio *ut scriptura hæc ad animam solet referre, gravissimis calamitatibus & miseriis me afficit, & quidem tam multis ut inde velut inebrier. Vide 1.Sam.1,14.15. & confer ea omnia, quæ de poculo Jehovæ, ac voce Bibere dicta sunt Obadj. v 16. sic infra c. 4, 41.*

Ebrietas.

Rythmus est hîc quidam והשבעני הרוני, *Quod autem ebrietas quandoq; denotet copiam, probatum est Hag.1,6 unde quædam loca, quæ vini potatores pro se citant explicabis, ut pro ipsis non faciant. Verum & illos inde refutabis, qui nunquam licere ad hilaritatem bibere ajunt. Tria enim possunt dari poculorum genera: I. est necessitatis & indigentiæ. II. hilaritatis & amicitiæ. III. ebrietatis & insaniæ.*

L. C. Ex versu 13.) *Quando homines sequuntur pravam suam concupiscentiam, tandem experiuntur gravem Dei excandescentiam.*

Ex versu 14.) *Qui in officio suo non continentur, justo Dei judicio deridentur: Et qui Dei verbum non meditantur, de his inimici modulantur.*

Ex versu 15.) *Qui non gustat, quàm suavis sit Dominus, experitur quàm gravis sit ejus manus.*

Ex versu 16.) *Jam ex aliis circumstantiis exaggerat suam infelicitatem, nempe quod lapidoso vescatur victu, lugentium utatur ritu, vel quod dentes lædantur pane, & caput conspergatur cinere.*

Panis lapidosus.

Et comminuit segmento lapidis tenacissimo *seu scrupis* dentes meos, *dum sabulum seu arenam grandiorem pani mixtam mihi præbent, quam dum comedo, dentes ipsos miserè perdo, ut fit, (verba sunt Piscatoris) quum quis edit panem coctum ex farina infecta micis lapidis molaris recens ad molendum adhibiti, Prov. 20, 17. &*

17. & versat, *deprimit seu volvit* me in cinere, *facit ut more vehementer lugentium in cinere consideam, vide supra cap. 2, 10. inf. v. 29.*

Verba Hebræa ויגרס בחצץ שני *variè vertuntur, LXX.* ἐξέβαλε ψηφῷ ὀδόντας μου. *Vulgatus, confregit ad numerum dentes meos, Lutherus* Er hat meine Zähne zu kleinen Stücken geschlagen. *Præter datam autem explicationem hæ expositiones extant. Tremel. tanta vi deturbat me ac prosternit in terram; ut elisi dentes comminuantur scrupis, & os impleatur cinere, sed verbum Hebræum id non denotat sua vi, neq; subjecta materiâ id requirit, & locus Proverb. 20, 17 aliud innuit. Vulgatam versionem alii ita exponunt: Ad numerum, id est, calculum, quo numeramus, confregit dentes meos; quidam ita, ad numerum omnes dentes, ne uno excepto, confregit, planè præter textum ipsum. Alii ad allegoriam decurrunt, quam tamen, quia non inconcinna est, licet demum adjicere. Deus verbum suum frumento & cibo seu pani confert, præcipuè promissiones Evangelii: at quando gravissimas comminationes miscet q. lapides loquens dentes ipsos auditoribus excutere videtur. Verbum* הכפיש *non extat alibi in bibliis, ideoq; ad cognatum verbum* חפש *quod in Hithpael notat dissimulavit se mutato habitu 2. Chron. 35, 22. Job 30, 18. & inprimis 1. Reg. 20 38. q. d. h. l. alium eum esse ac videri, quia induerit lugubrem habitum & cinere caput conspersérit.*

Vers. 17.) Nunc ipsam ἀκμὴν *luctæ suæ spiritualis proponit per apostrophen ad DEUM, in qua exaggerat ea, quæ ipsum ad desperationem poterant adigere, & quæ contra ipsum poterant in spem bonam erigere. In hoc autem versu conqueritur, se à Deo rejici, & tantum malo affici. Tu, ô Jehova optime, maxime, cui ego planè impar, postquam factus es hostis meus* repulisti *ac cum impetu rejecisti* (זנח *id notat, vide Hos. 8, v. 3 5. sup. 2, 7.*) à pace זעח Pax. *quæ apud Hebræos omnis generis bona denotat, vide in Psal. 4, 9.*) *animam meam, hoc est, meipsum totum (vide Psalm. 6. pag. 130.) præcipuè autem animam meam illa abjectione angis, ut planè de me actum esse fermè dicam, siquidem* oblitus sum boni, *tam diu &*

eàm multis malis me premis, ut bonum, quodnam sit, prorsus nesciam, & semper novas lamentandi causas habeam.

ותזנח *cum possit esse, simpliciter si consideretur, vel secunda masc. vel tertia fœm. sing. fut. Cal. hoc modo Græcus, qui habet ἀπωσατο, & vulgatus Latinus interpres, vertens & repulsa es, acceperunt ille activè, hic passivè. Verùm cum v. 19. alloquatur ipsum Deum, cur non hoc loco idem statuamus?* טובה *h. l.*
טוב *fœmininum pro neutro ponitur, & ipsum vocabulum* טוב *notat omne bonum utile jucundum, honestum, pulcrum, tàm spirituale, quàm corporale.*

Fides. Spes. *Vers. 18.) Duo autem sunt hominis pii in malis fulcra, fides promissionem præsentem firmiter arripiens, & spes, fore melius, fortiter prospiciens, illa ab omnibus malis reportat victoriam; hæc in DEO ponit filialem fiduciam. Ab utroq; autem præsidio se esse dejectum conqueritur.* Et dixi, *cogitationibus meis in varias partes distractis, atq; ut fit, quandò aliquid est in animo molestiæ, in deterius pertractis, ubi me respexi, in hæc verba prorupi, perii, quia* periit robur meum, *illud quo omnia mala fortiter tolerare, & mundum ipsum vincere poteram 1. Joh. 5, 5. fides amissa est, ut cum eâ omnes reliquæ virtutes Christianæ, ac pro re nata ac statu hoc meo misero imprimis* spes mea *sibi promittens liberationem atq; omnia bona* à Jehova. *Lutherus rem ipsam spectans ita vertit,* Mein Vermögen ist dahin/und meine Hoffnung am HErren.

Dicere. *Dicere apud Hebræos* אמר, שיח הגה *duplex est, vel ore proferre, vel in corde cogitare, idq; pro diversitate subjectorum fit diversimode, à piis benè, à malis male: Plerumq; tamen hi loquuntur.*

Ore aliud, tacitoq; aliud sub pectore volvunt, quod psal-
Dicere in corde. *tes dicit Psal. 12. 3. loqui ex corde & corde. Quin etiam licet sæpius sit malorum;* Dicere in corde, *(non enim audent profari quæ sentiunt,) tam quandoq; etiam est piorum. Vide quæ dicta sunt Soph. 2, 15. hinc adeo etiam hæc phrasis* ואמר *vel est colluctantis, vel eluctantis, vel carnis vel spiritus Psal. 55, 7. & 139, 11. Carnis ut h. l. sic Psal. 31, 32.* אני אמרתי. *Ego dixi (sed additur etiam, in festinatione mea, sic Jon. 2 v. 4 Sic* ואמרתי *Job. 7, 4. Esa. 6, 5. Spiritus in Psal. 41, 5. & 77, 11. Eccles. 9, 16. Esa. 6, 11.*

Quod

Quod moneo, ne quis ex particulari universaliter concludat. Duo enim cùm dicunt idem, non est idem. נצח *significat vel tempus vel robur; utrumq; autem vincendo h. l. rectè potest intelligi robur spirituale, quod omne ex fide Confer. Eph. 6, 16. Rom. 5, 2.*

L. C. Ex versu 16.) *Qui DEO in abundantia non benedicit, huic ille etiam in defectu maledicit; & qui cœlum jussus non aspicit, hunc Deus in cinerem dejicit.*

Ex vers. 17.) *Deus ut omne bonum piis confert, sic impiis aufert: Ut donat ex gratia felicitatem; sic immittit ex ira calamitatem.*

Ex vers. 18.) *In Christo qui sunt potentes sibi relicti sunt impotentes: ideoq; vorticibus malorum abrepti in abyssum profundam confugiant ad unicam spei sacram anchoram.*

Vers. 19.) *Paulatim emergit se aliquantum ex desperationis barathro, & sensim caput paulò altius erigere incipit, dum vota ad Deum concipit, quem non amplius ut crudelem judicem, sed ut amabilem patrem intuetur. Hinc cùm nondum planè se confirmarit ex una parte ipsius misericordiam ac potestatem, ex altera suam miseriam & calamitatem expendit, & in hoc quidem versu DEO proponit sui animi angorem, & afflictionis amarorem.* Recordare *ô Jehova, (de hoc enim & cum hoc agitur, maximam partem in hoc capite, licet non nominetur ita crebro)* afflictionis & ærumnæ *seu exilii mei sup. 1, 7.* absinthii & fellis *sup. 3. & 15. Etiam vide quod ad rem sup. 2, 1. & 5, 1. & 1, 20. & 2, 20*

זכר *Tremellius vertit, recordando, & cum sequenti versu ita copulat quasi de se hæc dicat qui loquitur. Græci item* ἐμνήσθη, *nulla de causa; sicut & Chaldæus, quem sine dubio secutus est Tremellius. Lutherus admodum perspicuè,* Gedencke doch/ wie ich so elend und verlassen *(eleganter vertit Hebræum* מרורי*)* mit Wermuth und Gallen getränckt bin/ *dilucidè addens ex præcedentibus, quod hic deerat.*

Vers. 20.) *Eadem mala, qui erant magna & multa, ait se ponderare vel recordari & propterea incurvari seu consternari. Intimè seu planè (Hebraicè* recordando*)* recordatur *scilicet anima mea, quæ mihi, ô Deus, immiseris ob peccata, & dum ea sibi in memoriam revocat, horrescit referrens,* humiliatur, *deprimitur, inclinatur & q. prolapsura* in me anima mea. *LXX.*

LXX. & Vulgatus in I. persona μνείᾳ μνηθήσομαι. *memoriâ memor ero, sensu eodem Lutherus, quasi ad Deum iterum sermo dirigatur,* du wirst ja daran gedencken/ *qui etiam sequentem vocem* תשיח *(cum Chaldæo, apud quem est, orabit super me anima mea: LXX qui vertunt;* καταδολχόσι ἐπ ἐμὲ, *Confaculabitur mecum: Tremellio, qui habet, meditatur, quasi esset* תשיח *puncto in sinistro cornu) reddit,* mein Hertz sagt mirs/ *quum magis propriè vulgatus, tabescet, Munsterus, Pagninus, Vatablus incurvabitur, humiliatur, quod vel ex Lexicographis doceri potest, nisi velis per quandam metalepsin ea posse dici, asserere, siquidem homo afflictus apud se variis modis rationes deputat, quibus ex malo sub liberari queat, jam opponit quasi, jam respondet, ac tandem quid sit facturus concludit, ut sequenti versu exponitur.*

Vers. 21.) *Hæc autem duo ex ordinatione DEI se mutuo consequuntur, verbi divini meditatio, & spei fidei, humanæ confirmatio.* Hoc *quod jam dixi aliquoties, & quod opponi dicitur, videlicet quanta sit mea defectio & afflictio, quanta Dei bonitas & potestas, recolo in corde meo,* revoco in animum meum, *reduco ad cor meum superioribus inde medicinam facturus, &* propterea spero, *quod jamjam subjiciam.*

תשוב *iterum fœm. pro neutro ad totam orationem refertur.* השיב *propriè est redire fecit, retulit: ad sermonem autem quando applicatur, notat respondere: unde apud Rabbinos, imò etiam in ipsis bibliis. Job. 21, v 34.* תשובתיכם *significat responsionem. Hæc autem phrasis denotat in animum revocare, Luther.* zu Hertzen nehmen. *Loca Biblica sunt hæc Deut. 4, 39. & 30, 1. 2. Chron. 6, 37. Esa 44, 14. & 46, 8.*

L. C. Ex vers. 19.) *Ad Deum in malis est confugiendum, qui ad inferos ducit ac reducit, qui vulnerat & sanat 1. Sam. 2, 6. 7. Job. 5, 18. Hos. 6, 2.*

Ex versu 20.) *Qui se coram DEo humiliat, hunc ipse exaltat, Luc. 14, 11. 1. Pet. 5, 6.*

Ex vers. 21.) *Qui verbo Dei nititur, in fide & spe erigitur ac stabilitur, Psal. 119, 50. 92.*

Vers.

Vers. 22.) *Hinc adeo ipsa argumenta varia exponuntur, unde verum superioribus malis quod opponatur, oritum solatium. In hoc autem & sequenti versu potissimum hæc tria fundamenta & fontes omnis consolationis inculcantur, DEI summa beneficentia, paterna benevolentia, & perpetua in servandis promissis constantia, quæ, ubi cor nostrum fluctuat, vel sola sistere id possunt, ejusq; motus & angores sedare. In hoc autem versu consideretur, quæ DEI in piis protegendis benignitas, & in iisdem diligendis caritas. Si quis jam quærat, qui factum, ut ex meis calamitatibus aliquantulum respirem, imò optima quæq; sperem, nihil aliud video in causa, quàm Dei infinitam misericordiam, quæ non pro meritis mecum egit,* misericordiæ Jehovæ *hæ sunt* οἰκτιρμοὶ Θεοῦ 2. *Cor. 1, 3. seu ut LXX. hîc vertunt* τὰ ἐλέη κυρίου, *tam immensa est, ut innumeras, non unam esse putes, unde, ut ἐξοχὴν hanc indicet, plurali numero utitur propheta, quando vult innuere, summam hanc esse beneficentiam Jehovæ, q. d.* die grosse unendliche Güte des Herren ists/ quod non sumus consumti *nos miseri in oppugnatione, devastatione, captivitate, quod non ad unum omnes perfectè sumus perditi (quæ est verbi Hebræi h. l.* ἔκλειψις*) Deo soli merito acceptum referimus, quod paucæ quædam restant salvæ reliquiæ, nihil nostris viribus hîc possumus tribuere. Causam autem hujus beneficentiæ non est quod extra Deum quæramus, nihil aliud eum ad nostri conservationem impellit, quàm amor ejus in nos plusquam paternus ac maternus, quem innuit sequens Hebræum nomen,* quia non defecerunt *aut finiuntur, sed jugiter & firmiter perstant erga nos* רחמיו miserationes *ejus seu* παλιγχνα ἐλέους *Luc. 1, 78.*

Fontes solatii.

Misericordiæ.

De voce חסד *dictum est Psalm. 4, 4. De nomine* רחמים *Amos 1, 11. Zach. 1, 16. Psal. 40, 12. Sicut & de verbo* רחם *Hos. 1, 6. & 2, 6. & Zachar. 1, 12. & 10, 6.* תמנו *autem est pro* תמנו, *& ita extat etiam Num 17, 18. Psalm. 64, 7.*

רחמים

Vers. 23.) *Ad eundem divinæ misericordiæ exaggerationem facit, quod subjicit propheta, nimirum, quod tantum absit, ut deficiat DEI misericordia, ut ipsa quotidie velut innovetur, & fides promissorum constanter servetur.* Novæ sunt *illæ miserationes*

Dei singulis diebus mane *Heb.* לבקרים, πλάγχνα καινὰ εἰς τὰς πρωίας, *ubi sol & dies oritur, simul & radii hujus inexhaustæ bonitatis erumpunt, idq; fit quia* valida, *amplæ, imò immensa, multa est ô Jehova,* fides tua *& promissorum veritas 1. Cor. 10, 13. 2. Tim 2, 13.*

Misericordiæ novi.

Vulgatus hic iterum solœcismum committit vertens, Novi, *quod non est præteritum à nosco, ut illud acceperunt Rabanus, Hugo, Thomas, Dionysius, Lyra, quasi dixisset Propheta, novi a diluculo, id est, pueritia tui cognitione illustratus sum, uti refert de Castro; sed nomen plurale, quasi dicas novi effectus tuæ misericordiæ, vel sint homines novi, renova, refice, recrea eos singulis diebus mane: vel sint novi dies læti. Vide autem quàm multis fucis indigeat error.* חדשים *se refert ad præcedens substantivum* חסדים *(quod tamen ibi in regimine) hoc cum masculinum sit apud Hebræos, sui oblitus, quod id verterit in Latino per misericordias, nunc masculinum supponit, qui error ab hoc interprete & alibi frequentatus. LXX. suo more pro* חדשים *legisse videntur* חדשים *& intelligere de neomeniis seu noviluniis.* לבקרים בקרים *est à singulari* בקר *& notat singulorum dierum matutina tempora, Psal. 73, 14. & 101, 8. Jobi 7, 18. quod aliàs juxta idiotismum linguæ repetitione vocis in singulari solet exprimi 1. Chron. 9, 27. & 23, 30. 2. Chron. 13, 11. Esa. 28, 19. & 50, 4. Ezech. 46, 14. 15. Soph. 3, 5. & quia hoc nomen sæpe designat tempus opportunum, etiam illud huc licet accommodare, quia Deus auxilium præstat tempore oportuno & commodo. Vid. Psal. 5, 4. Mich. 2, 1. Soph. 3, 5. 7. Vocabulum* רב *non modò id quod multum, sed etiam quod validum & amplum* רב אמונה *est, denotat, quod alibi demonstratum: sicut etiam id, quod* אמונה *significat activè veritatem in dictis seu promissis, & passivè fidem ipsam. De hac accerunt nonnulli, sed melius de fide & constantia Dei.*

Syllogismus practicus.

Vers. 24.) Generalem consolationem, ejusq; fontes vidimus; necesse autem est, ut quilibet sibi eos applicet fide, atq; ita fieri possit syllogismus practicus, qui hic integer extat, sicut etiam Ps. 27, 8. 9. & alibi. Quos Dei benignitas fovet & tegit, sperare debent, v. 22. 23. Me fovet, quia Jehova pars mea est, ita subsumit anima mea, E. spero, v 21. 24. His igitur proponuntur & conjunguntur, Dei peculiaris providentia, & nostra filialis fiducia. Pars mea Jehova

Jehova est, *cum alii alia habent, quibus nitantur, ego soli Jehovæ confido, qui est mea portio, mea vita, mea cura, meum cor, Psal. 16, 5. & 18, 3. & 73, 25. 26. Is me sustentat, & hoc* dicit *mihi* anima mea *seu cogitat in omnibus malis, & promissiones à DEO factas sibi proponit, & quia hoc facit,* propterea spero in eo, *cujus verbum mea anima meditatur, hoc est, in Deo vivo.*

חלק *divisit communem hæreditatem, vel simile quid. hinc* חלק *pars quæ obtigit in partitione, possessio quædam seu thesaurus. Deus autem cui est, illi nihil deesse potest, quia Deus omnia habet, & ita hac de re loquitur pius, quasi Deus & omnia idola proponantur, ita, ut sorte distributio fiat; beatus cui tum Jehova velut portio accidit. Reliqua jam sunt explicata. Tantum adde, quod* יחל *de spe boni, non de horrore ac metu mali accipiatur.* חלק

Ex versu 22.) *Ne tuam fidem frangat tua indignitas, quia DEI infinita est benignitas: illo si niteris, premeris quidem, sed non opprimeris; affligeris, sed non absumeris; & si DEus erga te habet paternum animum, non deseret te suum filium, si hominum favor sibi non constat, Dei amor perstat.* Dei benignitas.

Ex vers. 23.) *Quoties aurora rutilat, toties DEI* Φιλανθρωπία *irradiat: lumine solis uti potest, qui ædes aut oculos non claudit, & Dei favore fruitur, qui ipsum in verbo audit. Fallat hominum infidelitas, nunquam fallit promissorum divinorum veritas.* Φιλανθρωπία.

Ex vers. 24.) *Non nimis amat aurum, qui DEum colit ut summum thesaurum: Et cujus anima in promissionibus Dei recolendis occupatur, in fide ac spe confirmatur.*

Vers 25.) In sequentibus tribus versibus describitur, quæ sit numinis bonitas v. 25. qua hominis felicitas, cum de futuro sperare v. 26. tum de præsenti, jugum crucis rectè tolerare v. 27. In versu autem hoc 25. hæc duo habentur, summi patroni encomium, & clientum ejus proprium. Bonus est Jehova. *Ita nunc fides eluctata de Deo sentit, quod etiam, tum quando cædit, pater sit, & paternum animum non abjiciat, dum ulla spes correctionis restat. Hoc membrum propterea toties hîc repetitur, ut memoria superioris querelæ de DEI severitate aut crudelitate (uti caro judicabat) deleatur. Bonus, benignus & beneficus est & manet Deus, sed non omnibus* Bonus est Jehova.

bus obtingit hæc beneficentia ejus, quia non accedunt decenter ad hunc bonitatis fontem, ideoq; sequitur, cum omnibus illa bonitas offertur, solus tamen credentibus ac piis tantùm confertur, quia Dominus est benignus expectantibus eum, *ad eum velut ad sacram aram & asylum rectà confugientibus (quæ est verbi Hebræi emphasis, declarata Psal. 40. 1. & alibi) & quamvis corpus sæpe affligat, tamen est bonus* animæ, quæ diligenter eum quærit *more eorum, qui scribunt commentaria exacta, aut concionem doctam meditantur, & hinc inde cum res tum verba conquirunt sedulo.*

דרש *enim significat inquirere cum magna sollicitudine, unde concionator Judæis vocatur* דרשן & *schola* בית המדרש *domus inquisitionis, quod ibi veritas sit inquirenda, & commentaria (non illa vulgata, quæ sub manu nascuntur) exacta & elaborata appellantur* מדרשים *unde Chaldæus hoc membrum in textu vertit, animæ quæ scrutatur doctrinam ejus; atq; ita se res habet, sacra biblia sunt unicus ille liber, in quo Deus potest inquiri & inveniri. Quod modis autem vox bonus accipiatur, & quomodo Deus bonus sit in se, erga alios; alibi docetur.*

Vers. 27.) Porrò explicat Christianæ patientiæ summum commodum & ultimum scopum: Ei, qui & sperat, *dum spirat,* & silet *seu acquiescit* in salute Jehovæ *per* JEsum *parta,* benè est *etiam quum malè esse videtur, non malè cum eo agitur, quia habet, quo se sustentet & soletur; Quod Lutherus eleganter extulit:* Es ist ein köstlich Ding geduldig seyn / und auf die Hülffe des HErrn hoffen.

טוב. *nomina sæpe adverbiascunt, vel juxta R. D Kimchi* ו *est pro ut & sensus, Bonum est, ut expectet homo & sit in silentio, usq; dum veniat salus Domini.* ל. *h. l. pro ob vel propter accipit Piscator, ut sit sensus, benè se res habet, ubi homo sperat & silet ob salutem Jehovæ h. e. propter eam salutem, quam Jehova præstat præstolantibus ipsum.* תשועה *est illud ipsum vocabulum, unde* Jesu *nomen.*

Vers. 27.) Vis etiam scire, quodnam sit castigationis tempus oportunum & quodnam bonum? declaratur id his verbis: Bonum est, *h. e. utile & conducibile* huic viro לגבר *forti ac præstanti*

ſtanti viro, quum tulerit *ſuſceptum* jugum *crucis & caſtigationis à Deo impoſitæ* in ipſa ſua pueritia.

Dum melior vires ſanguis dabit, æmula nec dum
Temporibus geminis carebit ſparſa ſenectus.

עול *ſignificat jugum, unde improbi filii Belial quaſi* בלי עול *ſine jugo legum. Eſt autem aliud jugum inſtructionis, aliud ſubjectionis, aliud mandatorum, hoc malorum non culpæ, ſed pœnæ.* בנעוריו *non malè ab aliis ob rem ſubjectam vertitur cum vulgato, ab adoleſcentia ſua, vel cum Græco, ἐκ νεότητος αὐτοῦ.* עול

L. C. Ex verſ. 25.) *Qui Deum præſtolantur in omnibus beantur; & quicunq; DEum ex animo quærunt, voti ſui tandem compotes erunt.* Spes.

Ex verſ. 26.) *Qui in Dei ſaluti acquieſcit, prorſus commoveri aut perire neſcit. Ubi enim adeſt & tegit Chriſti ſalus, nil agit ſpiritus malus.*

Ex verſ. 27.) *Qui tolerat jugum Dei patienter, hunc ille reſpicit & eripit clementer: & qui Deum colit in juventute, proemii multum reportat in ſenectute.*

Verſ. 28.) *In his verſibus depingitur Chriſtiani patientia, cujus duo quædam requiſita hîc extant: unum contra DEum non murmurare, alterum, crucem ſuam conſtanter tolerare. Ille igitur qui didicerit in adoleſcentia affectus regere & carnem domare,* ſedebit *cruce à DEo afflictus* ſolitarius *ſup. c. 1, 1. &* ſilebit, *acquieſcet in Dei voluntate,* quando projecit ſuper eum ille, *in cujus manu omnia, ſeu DEus illud onus, quum DEus voluerit ipſum huic virgæ ſubjicere, Lutherus* wenn ihn etwas überfällt/ *per metalepſin. Quando enim DEus nobis calamitatem immittit, illa ex ejus voluntate nos invadit & premit. Ultimum membrum diverſimode redditur. Vulgatus, levavit ſe ſuper ſe, id eſt, animam ad DEum effert & orat mitigationem aut liberationem. LXX. ita extulerunt, ut ſit ſenſus, jugum impoſitum ſuſtulit in ſe, non ſubducit ſe, ſed onus patienter ſuſcipit. Sed rectiùs de DEO explicatur. Vide 2. Sam. 24, 12. Elegans eſt paraphraſis Chaldæi interpretis: ſed longior, quàm ut huc commode poſſit tranſcribi.*

Patientia. *Vers. 29.*) *Alia duo ejusdem patientiæ Christianæ adjuncta sunt, se coram DEO humiliare & benè sperare.* Ponit in pulvere os suum, *se pulverem esse ac infirmum agnoscit, Deoq; non obloquitur, dicens in corde suo:* forte, *imò certè* est expectatio, *non est, quod desperem aut animum despondeam; habeo quod sperem, paulò post fore melius, quum DEI manus non sit abbreviata.*

Prior phrasis explicata ex parte Psal. 22,16.30. sup. 2,10. Contraria ponere in cœlum os suum Psal. 73,8.9. in posteriori particula אולי *est benè sperantis, ut prolixè declamatum in Joel. 2, 14. pag. 84. 85. 2. edit. & tantùm abest, ut eâ diffidentia probetur, & maximè eâ excludatur.* יש *omnium generum, numerorum, ut ipsum Ens generale, quod deinde variis modis determinatur.*

אולי

Præbere genam. *Vers. 30.*) *Sustinet idem in fide ac spe 1. hostium injurias, subsannationes, & 2. calumnias.* Præbet percutienti se genam, *uti fecit Christus Es. 50,6. Joh. 19,3. Deo relinquens vindictam Matth. 5, 39. Rom. 12,17. 19. & Deut. 32,35. & non regerit maledicta, sed qui Salvatoris exemplum imitatus* satiatur opprobrio *1. Pet. 2,23. patienter audit & præclarâ sustentatus conscientiâ, tantum ludibrium fortiter sustinet.*

Percutere maxillam. *De phrasi, percutere aliquem in maxilla, vide Ps. 3, 8. Mich. 5,1.*

Satiari. *Satiari autem quis dicitur in sacris iis rebus, quibus plenus est Psal. 123,3 4. Job. 10,15. & 14,1. Psal. 88,4. Hab. 2,16. Confer etiam supra v. 15. Notandum autem hic, longè rectius singula cohærere, & omnium optimè reddi posse, si cum Piscatore ex vers. 27. pro more linguæ Hebrææ, de quo Psal. 3, 2. in sequentibus tribus versibus, particulam* כי *repetamus, hoc sensu: Bonum est viro, si tulerit jugum in pueritia sua v. 28. si sedeat solitarius & sileat, v. 29. si indat pulveris suum, dicendi, fortè est expectatio v. 30. si præbeat maxillam percutienti ipsum, si satietur opprobrio. Hæc enim omnia eò pertinent, ut demonstretur, quomodo Christiani ad Christi exemplum suum jugum ferant. Hoc ipsum etiam versio Lutheri innuit, quæ conferatur.*

L.C. Ex vers. 28.) *Ubi est sollicitudo, etiam non solet abesse solitudo Psal. 102,7.8. & si quis valde dolet, plerumq; silet*

Psal.

Psal.39,3. & sapit, qui recte tolerare volet, quod mutare non valet:

Durum, sed levius fit patientiâ
Quicquid corrigere est nefas.

Is enim imponit nobis malum, quem tremit cœlum & solum.

Ex vers. 29.) *Qui se esse pulverem & cinerem* (עפר יאפר) *Genes 18,17. sibi in memoriam revocat, DEO non resistit, nec obmurmurat, & contrà, qui DEI bonitatem immutabilem cogitat, non desperat: aliorum liberatorum exempla qui spectat, & ipse auxilium expectat, Psal. 22.*

Ex vers. 30.) *Melius est ferre, quàm inferre injuriam, quia qui nunc satiatur opprobrio, olim exultabit æterno honore & gaudio Es. 51,11 12. Psal.6,5.6. 2.Thes.1,7.10.*

Vers. 31.) Hortationi ad constantiam & tolerantiam subjicit promissiones à natura & gratiosa DEI erga suos administratione petitas, quibus se homo afflictus & in pulverem dejectus erigat. In hoc autem versu notetur, DEI derelinquentis severitas, & desertionis illius brevitas. Nam Dominus *ille, in quo subsistunt omnia, quique quod Dominus & paterfamilias est in domo, ipse etiam in toto mundo, præsertim verò in Ecclesia, spirituali sua domo, 1.Tim.3,15. 2.Timoth.2,20. si quis ipsum peccatis gravioribus ad iram concitat,* à se rejicit *repellit, (quæ est verbi Hebræi emphasis, confer quod ad rem Psal. 125,5. quod vocem, quæ supra dicta c.2,7. & 3,17. Contraria phrasis est, susscipere Psal.27,10. & 73,24.) à se removit: Verum si ad se & DEum redeunt Luc. 15.* non in æternum *abjicit, verùm in gratiam recipit. Expende & juxta analogiam fidei consilia dictum, 1.Chron.28, vers. 9. potissimum ex toto capite 30. Deuteronomii.* Deus rejicit. recipit.

Vers. 32.) Ratio apponitur, qui fiat, quod non in æternum iram asservet Jehova, quia, ut est justus, ita est bonus, parvo malo afficit, sed magno bono reficit. Quia quum affecit mœstitiâ, (יוגה) *sup. cap.1,4.5 12. velut pater castigans immorigeros filios,* & miseretur, *hoc est, ut antea vidimus, etiam, statim & rursum paterno ac materno amore eos complectitur* (רחם), *neque hoc tantum, sed etiam* pro multitudine *magnitudine atq; amplitudine* Deus afflictos solatur.

tudine benignitatum suarum *sup. v. 22. 23. Confer dicta Psal. 30, 6 & 73,24. & 126, 5.6. & 130,7. & 135,14. Esa. 27. 1. & 54, 7. 8. Jer. 10,23 & 30. 11. & 46,28. Sap 3,5. Hab 3,2. Job. 16, 15. 2. Cor. 4,17. 1 Pet 1, 6. adde Tob. 3, 22. juxta vulgatum Latinum & Lutherum.*

Vers. 33.) Occurrit huic objectioni tacitæ: si DEus est adeo benignus, cur igitur ita affligit? respondet, id non facit ideo, quia delectetur hominum miseria & interitu, voluntate antecedente aut simpliciter, sed quod ex justitia non possit non in sceleratos graviter animadvertere voluntate consequente ex hypothesi, & ut (ut ἀνθρωποπαθῶς de tanto mysterio loquamur) invitus ad affligendum descendit, præsertim ubi spes correctionis restat; illis enim mallet semper benefacere, si per eos liceret. De his enim illud Poètæ paululum immutatum usurpare possumus,

Sic licet in natos facies austera parentis,
Blanda tamen semper mens est & amica voluntas.

DEus quo modo affligat.

Hic itaq; considera, quæ sit piorum afflictio acerba, & DEI affectio acerba, & DEI affectio paterna. Nam affligit *& humiliat eos, ubi peccant, &* mœstitia afficit *etiam* filios viros præstantis, *ut discant cautiùs mercari & rectius DEI mandata observare, sed id non facit* ex animo suo *aut corde toto, verùm contra animum suum, & quodammodo invitus pater ille miserationum, qui non vult mortem peccatoris, sed ut castigationibus emendatus convertatur & vivat. Propterea ad inferos deducit, ut reducat, 1. Sam 2, 6. percutit, ut sanet Hos. 6,2. corripit filium ut corrigatur, Prov. 3,12. Heb. 12,6. Apoc. 3, 19. facit opus alienum, ut faciat proprium, quod per consequens ex loco Es. 28,21 potest deduci. Inspice dictum egregium hac de re 2. Mac. 6,12. & seqq.*

Vicissitudo.

L. C. Ex vers. 32.) Ecce quàm certa tristitiæ & gaudii piorum vicissitudo, & quam magna misericordiæ divinæ amplitudo, Sirac. 2, 23.

Ex vers. 33.) DEus nullum odit aut perdit absolutè, sed affligit eum, qui vivit dissolutè Sap. 11, 24. & 12, 15. 16. & in afflictionibus spectat hominis emendationem, non condemnationem,

Job.

Job. 36, 9 10. 11. Psal. 94, 12. Job. 11, 11. 12. Dan. 11, 35. Sap. 12, 2. & c. 8, 10.

Vers. 34. Quare autem DEus affligat homines, subnectit, nempe, quia proximum non diligunt, Deum non metuunt, id quod satis probat cum aliis, tùm contra quintum & octavum præceptum admissis flagitiis. DEus enim ipse quum sit bonus & misericors, tales etiam suos esse vult filios Luc. 6, 36. & omnes odit ac punit, qui tyrannidem erga alios exercent. Peccat igitur gravissimè, qui, quos DEus virga calamitatis & afflictionis ferit, plane sub pedibus terit, quæ etiam hujus versus summa, & contra illud, quod afflictio non sit addenda afflicto ex Psal. 69. 27. & 109, 16. Sententia autem horum trium versuum pendet, dum sub finem versus 39. subjicitur, Dominus annon videret? Conterere, לרכא *Psal. 9, 10. aliquem tyrannum aut crudelem* sub pedibus suis omnes vinctos terræ, *eos quos DEus percussit, ulteriùs impellere & planè perdere velle, DEus abominatur, qui hominibus, ut ament se mutuò, seriò injunxit, nec probat, quando quis ipso effervescente paululum, adjutor cupit esse in malum, Zach 1, 15. in quem locum vide quæ dicta sunt, & intelliges, quomodo homo malâ voluntate possit velle id, quod DEus vult bonâ. vide etiam Exerc. bibl. edit. 3. pag. 803.*

Ut magis perspicue reddat omnia Piscator, infinitivos tres sub initium trium sequentium versuum positos vertit, per verba finita cum particula, quum quis conterit, seu comparatus est ad conterendum, quum quis detorquet jus, quum quis pervertit hominem. Conterere sub pedibus, est metaphora ab iis dicta, qui, quos in potestatem suam redegerunt, sibi subjiciunt, & pedibus proculcant Confer Job. 3, 4. Psal. 143, 3. & 44, 20. Jos. 10, 24. hinc pedes pro ejus potentia, cui alii subjecti Psal. 18, 39. & 47, 4. Malach. 4, 3. Vincti terræ illi nominantur, qui instar vinctorum in carcere pane doloris cibantur ac nunquam, dum affliguntur, sui juris esse possunt, sed alterius more, modoq; vivere necesse habent. Conferantur loca Psal. 68, 7. & 69, 34. & 79, 11 & 102, 21, & 146, 7. Eccl. 7, 27. Job. 3, 17. Sed longè alium sensum horum omnium esse volunt multi alii, præsertim qui cum vulgato vertunt causaliter, ut contereret &c & cum versu præcedente hoc modo conjungunt, non affligit DEUS

Conterere sub pedibus.

Vinctis terræ.

Quid sit, Deus non affligit ex corde.

ex corde, ut contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ ut declinaret judicium, perverteret causam. Non DEus propterea aliquem affligit, ut saltem more tyranni perdat, vel more judicis iniqui inauditum condemnet, aut causam pervertat, quod faciunt injusti magistratus, non videt aut probat hæc DEus. Alii ita. Tu dicis DEum non affligere ex corde: cur igitur Assyrii & alii ita graviter nos premunt: respondet, Deus id non probat, quod ipsi ita crudeles se gerunt. Alii; DEus non affligit, nisi provocatus ad iram crudelitate, similibusq; flagitiis. Sed hæ duæ posteriores sententiæ sunt subordinatæ & possunt conjungi. Priores autem illi per vinctos terræ intelligunt homines terræ alligatos, & minimè mentem ad cœlestia erigentes seu declarantes. Verùm tales qui manent, omnino DEUS tandem conterit sub pedibus suis, vide Ps. 2,9. Apoc. 2,27. & 19,15. deinde v. 35. tum esset plane otiosum coram facie supremi DEI. Et Chaldæus interpres illam nostram explicationem pridem vidit.

Vers. 35.) Hisce expeditis sequentia subnectimus. Vide enim quanta sit malitia, jus detorquere, ubi summus judex cernitur pro tribunali sedere, nonne exclames, meritò, ô hominis πεῖσχομα ἄδικον, ô DEI ὄμμα ἔκδικον! quæ duo membra sunt hujus versus. Declinare *seu detorquere, (hoc est, quum quis jus detorquet, aut diu jus administrare differt)* jus viri coram facie excelsi, *hoc est, DEI ipsius judicis terræ sic v. 38. vide Psal. 91,1. Deus non probat, sed vindice oculo observat.*

Detorquere jus.

להטות נטה *est* à *declinavit, in Hiphil augetur significatio est q. activum sine dubio, quod neutraliter tamen multi hîc accipiunt. Quia autem sequenti versu est de ipsa perversione judicii, hîc vocabulum illud Hebræum puto ita accipi sicut id usurpari contendit R.D. Kimchi Amos 2, 7. viam & causam tenuium differunt de die in diem, ut exemplum iniqui judicis probat Luc. 18,4. ipsum autem illum locum Amos puto rectius aliter explicari. Ac ut sibi constet scripturæ analogiæ, etiam hunc locum de ipsa perversione judicii possumus accipere, ut repetitio habeat emphasin. vide Deut. 16, 19. Exod. 23,6.7. Lutherus eleganter,* das Recht beugen und verkehren. נגר *Hæc particula h. l. non caret sua emphasi, siquidem non modò notat, quod est ante seu coram aliquo, sed etiam, quod ipsi contrarium est. Confer phrasin Psalm. 51, 5. & cum hoc loco,*

נגר

loco, quæ judicibus severè præcipiuntur, 2. Chron. 19, 6. 7. siquidem inde magna huic loco lux infertur. LXX. non malè hoc loco, κατέναντι προσώπου ὑψίστου *: nec absurdè, si rectè intelligas, vulgatus Latinus, in conspectu vultus altissimi.*

Vers. 36.) Cùm igitur justus sit Jehova, & diligat quæ justa sunt, Ps. 11, 7. omninò, quando quis jus audet pervertere, ipse non potest non graviter in eum animadvertere, quæ est summa hujus versus, nempe quæ sit pravi causidici injustitia, & quæ DEI judicis veridici justitia. Pervertere hominem in causa sua, *seu quum quis jus alterius pervertit.* Dominus nonne videret *non puniret?* עות

Verbum עות *quantum convenit cum* עון *literis, tantum significatione. Ultimum comma pro varietate explicationum verborum præcedentium etiam variè exponitur. Vulgatus,* Deus non videt. *Dominus ignoravit, tantum abest, ut ipse perpetraverit hoc unquam. Iremellius & Junius, non videt, id est, non probat ut Deut. 12, 13. Lutherus* gleich als sehe es der HErr nicht. *Verum quia sensus est* לא *pro* הלא *ἐμφατικώτερον si in hoc & sequentibus versibus* לא *pro* הלא *interrogative sumamus, qua de re Malach. 2, 13. & in exercitat. biblic. edit. 3. pag. 157. 158. ita interpretamur, non videret tam nefanda facta, nec puniret? Confer locum insignem ex Ps. 94, 5. 6. 7. 8. 9. 11.*

L. C. Ex vers. 34.) *Deo misericordi non probatur, quæ* Magistratus. *fiunt duriter ac immisericorditer, eaq; puniet & ipse severiter, Jac. 2, 3. 6. 13. Sap. 6, 6.*

Ex versu 35.) *DEus adstat in synagoga Deorum, ideoq; hi spectent tantum, quod est verum & decorum, Ps. 82. & nisi velint seipsos torquere, non possunt jus detorquere.*

Ex vers. 36.) *DEus omne malum cernit, & contra nefariè peccantes pœnam decernit, Amos 9, 4. 8.*

Vers. 37.) Præcedentium hic habetur conclusio, quod DEus, qui libenter omnes fovet ut pater, graviter affligat, imò puniat, quum aliter fieri non potest, peccantes, ut judex terræ, à quo omne malum ultorium, quum præcesserit peccatorium. Hoc autem in versu declaratur, quæ sit DEI potentia, & in malos lata sententia. Cum enim dixisset, Dominus nonne videret? subnectit statim, corrigens hominum illam opinionem pravam, mala & pœnas fortuitò accidere, quis est ille, qui dixit & factum est? *Jehova ipse,*

cujus hoc est proprium, solo verbo aliquid creare Psal.33,9. & 148,5. Rom.4,17. Hebr.11,3. Hic ergo Dominus non præciperet plagis, ut hunc vel illum affligant? utiq; hoc verum esse, omnes minæ legales testantur. hic igitur est autor mali pœnæ, & proinde in conspectu ejus non ita nefariè peccandum sup. v. 35. quomodo simul ad illam tacitam objectionem respondetur: Si DEus non ex animo affligit pios, ergo illi casu ita affliguntur: respondet, non posse quicquam mali accidere, nisi DEO præcipiente.

DEUS nonne præciperet?

Alii nimis strictè tantùm de malo à Chaldæis illato accipiunt: alii, quis est ipse tam potens tyrannus, qui dicat ut fiat aliquid, quando Jehova non præcipit, vel quis fortunæ tribuat ea, quæ geruntur, quum DEus omnibus mandet rebus. Chaldæus. Quis est ille homo, qui dicere ausit, fuisse unquam aliquid mali factum in mundo, nisi propterea, quod homines fecerunt id, quod non jussi fuerunt ab ore Domini.

Vers. 38.) Idem quod paulò antedixit, hîc repetit nimirum quod omnia fiant (excepto malo culpæ seu peccato, quod jam ex hominum vitio præsupponit propheta in versibus tribus à Lamed incipientibus) Deo præcipiente & maledictionibus & benedictionibus, ut vel pœnâ vel præmio afficiantur legis transgressores & observatores, prout habetur Lev.26. Deut.28. ita est, ubi est decretum divinum, statim adest malum ut bonum. Ex ore excelsi nonne egrederetur unumquodq; illorum malorum, pœnæ putà, (ut patet ex antecedentibus malis culpæ & versu 39. & 42. quod notetur propter Calvinum, qui etiam ipsa peccata arcano quodam judicio à DEO præcipi scribit Comment. in h. l.) id, quod constructio Hebræa innuit תצא חרעות (vide Buxtorf. thes. l. 2. c. 10. anom. 2. p. 389.) ubi, sicut & in sequenti membro לא Hajedia non est negligendum siquidem id significat, unumquodq; illorum malorum & illud bonum (de quo h. l. sermo) à Deo provenire, non fortuitò accidere.

Calvini dogma.

פי etiam de DEO usurpatum notat metonymicè sententiam, decretum seu præstitutum ex ore prolatum Num.3,16.39.51. Exod.17,1. sic rebellare contra os DEI 1.Reg.13,21.26. Confer Num. 20,24. & 27,14. Deut.1,26.43. & 9,24. 1.Sam.12,14.15. Sup. c.1,18. Magistratus Jos.1,18. Ita legimus consulere os Jehovæ seu interrogare, id est, exquirere ejus consilium Jos.9,14. Es. 30,2. Sic aliàs

Os DEI.

ex

ex ore duorum, id est, sermone seu testimonio Deut. 17, 6. & 19, 15. Matth. 18, 18. Quod autem רעה & רעה *notent mala pœnæ, probatum est in exerci. bibl. pag. 414. Amos 3, 6. Hunc versum jam olim Munsterus, quod ad sensum satis benè reddidit; Ergo ex ore altissimi non egrediantur mala aut bona? Vide etiam Vatabli notas; Summa: nec mala nec bona hominibus evenire sine DEI providentia. Calvinus, ut dixi, valde prolixus est in Commentario suo in h. l. ut probet, à DEO esse malum culpæ, de quo tamen hîc non fit sermo. Summa & verba ejus sunt:* Deus præcipit arcanis decretis, quæ non probat, quod ad homines. *Argumenta ejus hoc loco sunt quatuor I. 2. Sam. 16, 5. 6. 10. Deus dicit, ut Simei maledicat Davidi, quod tamen non vult. R. invertendo, si non probat vel non vult, simpliciter non edicit, sed certo respectu DICIT (ita simplex vertitur) hoc est, permittit homini per se malo, malà ejus voluntate benè ad castigandum Davidem utens. Confer. 1. Reg. 22, 22. 2. Reg. 2, 17. Matth. 8, 32. Luc. 8. 32.* Calvini dogma. argumenta. 1. 2. Sam. 16. v. 5. R.

II. DEus noster in cœlis facit quæcunq; vult Psalm. 115, 3. R. Ergone dicis, DEum peccare, quia hoc loco dicitur de iis, quæ DEus fecit, non quæ homines? blasphemum hoc & contra te Calvine. Et porrò inverto, si facit, quæ vult, vult autem tantùm bona, non mala culpæ Psalm. 5. hæc ipse non facit, nec vult aut mandat, ut homines faciant. Inspice textum: opponit DEum verum idolis, mortuis vivum, quiescentibus operantem, & dictum hoc libertatem ac potentiam DEI probat. 2. Ps. 115, 4. R.

III. Psal. 36, 7. Rom. 11, 33. Judicia Dei abyssus, viæ impervestigabiles. R. est ignor. Elenchi, de malis culpæ quæritur, in hisce dictis agitur de mira Dei & nobis ignota administratione, quâ gubernat mundum. Vide D. Hun. in L. de providentia & prædest. De bono autem faciendo & malo vitando vias suas revelavit, Psal. 147, 19. & passim. 3. Ps. 36, 7. R.

IV. Rom. 1, 28. tradit in sensum reprobum. R. si tradit, ut ibidem docetur, & vel sola particula addita διὸ innuit, ob antegressa peccata, quæ detestatur & punit, non vult simpliciter aut voluntate antecedente, sed consequente hanc pœnam, & quia immittit ex justitia pœnam v. 18. non vult neque probat culpam. Et hoc tradere non est peccatum sed justitiæ opus. Quæ verò colligendi ratio? 4. Rom. 1. v. 28. R.

DEUS *est justus, ergo vult peccata: inverti potest ex Psalm.* 11. *v.* 7.

*Vers.*39. *Unde pœnæ & calamitates, jam explicuit propheta, ut ita Ismelitas commonefaceret, ipsos quoq; ea, de quibus antea instituebat querelam, & longè plura ac majora mala esse promeritos, & proinde jure celebrare DEI illam benignitatem, quæ in media ira misericordiam quoq; præstitit. Hinc sequitur instructio aliorum, ut Israëlitarum exemplum imitati peccata sua detestentur potius, quam blasphemè contra DEum murmurent. Est enim optimus ex malis emergendi modus, DEum excusare & seipsum accusare, DEum ab omni culpa, quæ in illum nulla cadit, liberare, & in se suaq; vitia omnem conferre. Quum enim Deus justus, injustè facta non potest non punire,* cur *aut quid* homo vivens, *cui DEus adhuc pœnitentiæ spacium concedit, dum non ex improviso interficit,* queritur, *conqueratur, expostulet seq; tædio ac molestia ulterius afficiat, murmurando adversus DEum infligentem pœnas? est hoc se ipsum lædere, & contra stimulum calces mittere. Unusquisq; seu* vir *murmuret* contra peccata sua, *quibus pœnam sibi attraxit, eaq; deinceps aversetur, apud DEum deprecetur, ita & à culpâ & pœna potest liberari, vel hæc saltem mitigari.*

Emergendi modus.

Antimeria.

*Sicut apud Latinos & Græcos hæc entimeria est frequens, ut quid pro cur, seu ob quid, & τί pro Διὰ τί, Luc.*2,48. τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως *occurrit: Sic etiam apud Hebræos* מה *pro* למה *vel* על־מה *ponitur, Job.*3,12. *Jon.* 1,10.

אנה

יתאונן *sumit formationem ab* און, *sed significationem ab* אנח *mœstus seu conquestus fuit: hic autem in Hithpael notat se ipsum mœrore frustra conficere, ut illi, quibus omnis vita tædio est, quiq; melancholicis suis cogitationibus occasionem uberiorem quærunt dolendi ac se ipsos cruciandi, unde Kimchi ad Rad.* אנן, *quod significat* אד יאבל *afflictionem & luctum,* sich selbst martern und

Num.11, 1. plagen: *Extat præterea tantùm, Num.*11,1. *Erat populus* כמתאוננים *planè queribundi, ut* כ *primùm sit veritatis, ut supra vidimus, ipsum autem hoc vocabulum eleganter vanitatem & calamitatem miserorum & stultorum illorum indicet. Nulla erat causa, cur quererentur, aut se tristitiæ dederent: ipsi tamen arrìpie-*

piebant hanc causam, quod non essent ibi in deserto carnes, pisces, cæpeq3, quum tamen non omnium vicem satis suppleret. hinc lamentabantur ac seipsos angebant stultè. vide ibidem v. 4. 5. 6. Hinc Deus ad iram accensus eos graviter puniebat. Alii tamen exponunt, sensu fere eodem: tunc cœpit populus injustè cum Mose & per consequens etiam cum Deo expòstulare; sic ibi Kimchi. Rabbi Salomo Jarchi autem בקש עלילה occasionem quæsivit, quomodo recederet à Deo, quasi esset à תאנה Jud. 14, 4. Sic Chaldæus ibidem. προφάσεις LXX. γογγύζων πυκρῶς. Vulgata Latina eleganter circumloquitur. Interea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore. Vide Fagium in h. l. unde etiam hunc versum Jeremiæ rectiùs intelliges, qui varietate explicationum (quas videre potes apud Kyberum & Jesuitam de Castro & alios) valdè est obscuratus. Lutherus autem & Piscator omnium maximè perspicuè reddiderunt. Quia autem vocabulum ארם h. l. (sicut alibi איש) universaliter notat, unusquisq3 in sequenti membro etiam גבר eodem modo rectè explicari potest distributivè, ut fecit Lutherus, vide Joel. 2, 8. & jampridem id notavit R. Salomo Jarchi. Postremum nomen חטאים Tremellius & Junius accipiunt pro pœnis peccatorum, quod licet in illa significatione reperiri non negem, tamen hîc malim vertere propriè, quia sublatâ causa & culpa, tollitur effectus & pœna.

ארם
איש
גבר
חטאים

L. C. Ex versu 37.) Deus ubi dicit, statim facit, nempè in rebus bonis. Hinc meritò nomen Jehovæ obtinet, quod omnibus rebus det suam essentiam, Act. 17, 29. per suam solius omnipotentiam. Malum igitur nullum præcipuè publicum, Ezech. 5. & 14. advenit, nisi tum, ubi Deus præcepit. Jehova.

Ex versu 38.) A Deo gubernantur bona pariter & mala, sed notabili cum discrimine, ut hoc loco de prvvidentia declaratur. Unde ex Suida rectè Chemnitius: ἡ δὲ θεῖα πρόνοια καὶ τρεῖς τρόπους γίνεται, I. κατ' οἰκονομίαν. In rerum omnium sustentatione. II. κατ' εὐδοκίαν in bonis actionibus. III. καὶ συγχώρησιν in malis actionibus, quas fieri permittit, sed determinat & ad bonum finem ordinat, ac earum autores pœnis coercet. Qui igitur vult bonum à Deo impetrare, ac malum pœnæ evitare, caveat nefa- Omnia gubernat.

rie

rièpeccare. *Omnia enim, quæ à bonis & malis perpetrantur, oculi Jehovæ ſpeculantur, Prov. 15,3.*

Ex verſu 39.) *Qui contra Deum murmurat, ſibi ipſi miſerias auget ac cumulat: qui autem peccata ſua deteſtatur, ex malis liberatur. Rectè itaq; illud Chryſoſtomi creditur & conceditur;* Nemo niſi à ſe ipſo læditur. *Tolle enim vitia ac flagitia, & ſuſtuleris etiam ſupplicia. Ubi enim nulla iniquitas, nulla eſt calamitas.*

Verſ. 40.) Optimum itaq; eſt hoc, quod nunc ſubjicit Propheta conſilium, Ut I. unusquisq; in ſe vera contritione deſcendat. II. ad Deum in vera converſione ac fide aſcendat, ſeu à viis ſuis malis recedat, & ad Dei miſericordiam accedat.

חפש *Quid itaq; nos quiritando fatigamus? ita non ſentiemus ullum levamen, potius* perſcrutemur vias *& actiones* noſtras & perveſtigemus *more eorum, qui diligenter metalla quærunt in terræ viſceribus, vel quia omnia domus penetralia perreptant inquirentes rem abſtruſam, & cum in nobis nihil conſilii vel auxilii, vel etiam boni ſupereſſe videmus, 2. Chron. 20,12. tùm* ſtatim revertamur usque ad Jehovem. *vide Hoſ. 14,1. Joel. 2,12. Vera enim pœnitentia eſt unica mali avertendi via, unde beata oritur vita, 2. Cor. 7,9,10. Dominus enim dum duriter tractat, humaniter ad ſe invitat.*

Ut tantò melius percipias emphaſin vocum Hebræarum חקר & חפש חפש חקר, *atq; inde quam diligens debeat eſſe illa probatio atq; examinatio ſui ipſius, de qua Paulus 1. Cor. 11,28. perpendas, Confer, quod ad priorem vocem, hæc loca, Gen. 31,35. 1. Sam. 23, 23. 1. Reg. 20,6. Job. 30,18. Pſal. 64,7. Prov. 2,4. Amos 9,3. Obad. v. 6. Soph. 1,12. de poſteriore vide Deut. 13,14 Jud. 18,2. 1. Sam. 20,12. 2. Sam. 10, 3. Pſal. 139,1.23. Jer. 17,10. In illa autem perveſtigatione ſui ipſius invenit homo, ſe à Deo, ſummo bono, diſceſſiſſe, atq; ita opus eſſe, ut ad eum revertatur, niſi velit in malo perire.*

Verſ. 41.) Pœnitentia, quæ deſcripta eſt verſu præcedente, pars principalis eſt fides, cujus indicia foris ſe ſtatim produnt, & præcipue in ardenti precatione, ad quam requiritur interiùs cordis attentio, exterius manuum extenſio, & probè eſt conſiderandum, quomodo ſit inſtituenda, & ad quem dirigenda, quæ duo membra in hoc

verſu

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0148
DFG

versu continentur. Attollamus *animum seu* cor nostrum cum ambabus manibus *Luth.* sammt den Händen / *elevemus mentem ab hisce terrenis sursum, neq; solum lingua aut manibus oremus, quod faciunt hypocritæ, Matth. 6,5.7. & 15,8. ex Esa.29,13. sed in spiritu & veritate adoremus Joh.4,23. cogitationibus ac suspiriis nostris evolemus* ad Deum fortem אל—אל, *qui est in cœlis, & verus solus atq; unicus Deus Psal.115,3. Matth.6.9. quomodo nostras preces ab Ethnicorum incertatis blaterationibus distinguimus, & in hæc, quæ sequuntur, verba prorumpamus, sic dicentes:*

Particula אל— *prior quod hoc loco rectè possit verti* אל— *cum, sicut vertit vulgatus Latinus, non autem necesse sit vertere obscurè, & nullo sensu cum LXX.* ἐπὶ χειρῶν, *constat ex Ezech.16,26. ubi etiam ponitur pro* עם. *Ita non habemus necesse ad has R. Salomonis Jarchi nugas accedere, quid illud* אל—כפים *exponit I. ad nubes, quia dictum sit 1. Reg. 18,44. Ecce nubes parva, sicut vola hominis. Etiam, quia extet Job.36,32. manibus, i.e. juxta ejus interpretationem, DEus obtegit lucem. II.* Verè ad DEum, *velut homo lavans in innocentia manus suas, ut projiciat è manibus suis omnes sordes seu inquinatum, quia confitens peccata sua & relinquens ea misericordiam consequitur. Posterius hoc nimis longè petitum est: prius autem ridiculum. Ergo.* cum. Nugæ Jarchi.

Auditum admissi risum teneatis amici.

Chaldæus interpres liberius reddidit, Elevemus cor mundum & projiciamus inquinamentum ex manibus, &c. Sed

Non verbum verbo cumbit reddere fidus.

Interpres: Ideoq; hic excusari aliquo modo potest: ille commentator non item. In hoc autem & præcedenti versu observetur Rithmus דרכנו נשא לבבנו נחפשה.

Vers. 42.) Agnoscamus nostram malitiam & DEI justitiam, nostram iniquitatem, & DEI severitatem; nobis debetur faciei confusio, Deo justitiæ confessio, Dan.9,7. Hinc autem incipit tertia hujus capitis pars, in qua post peccatorum confossionem mala exaggerat, & se liberari postulat. Nos omnes miserè jam afflicti, nos quum

alii in alios culpam rejiciunt, mundus à se prorsus removet, nos deficimus *abs te, ô DEus, & confitemur hoc ipsum, nos esse malorum autores, quæ perpetimur,* & rebellavimus, *te ad iram nostra inobedientiâ provocando, atq; ita mala tanta nostris peccatis attraximus,* tu *verò pro justitia tua* non condonasti *nobis tantam rebellionem, sed peccatorum nomine graviter afflixisti. Lutherus dilucide reddidit,* Wir haben gesündiget/und sind ungehorsam gewest/ darum hastu billig nicht verschonet.

Cur affligamur.

L. C. Ex vers. 40.) *Si nos ipsos verè perscrutaremur, non ita severè judicaremur, 1. Corinth. 11, 31. à Domino autem miseriis exercemur, ne cum mundo condemnemur, v. 32. & periremus, nisi periremus. Qui se autem in malo jacere deprehendunt, sapiunt, si eo relicto ad bonum summum contendant, ubi ad speculum legis nos peccasse potest animadverti, ad DEum ne tardemus reverti, Hos. 6, 1.*

Sursum corda.

Ex vers. 41.) *Quia scimus illud,* corda sursum, *elevemus nostrum animum, & evolemus ex hoc mundo, quia avolamus in mundo. Qui non est mundanus, is demum elevat puras manus, 1. Tim. 2, 8. 1. Reg. 8, 22. Psal. 141, 2. Sup. 1, 17. Qui urgetur malis, precetur DEum, qui est in cœlis: qui experitur duram sortem, inclamet ex toto corde DEum fortem, Psal. 50, 15.*

Precatio.

Ex vers. 42.) *A DEO qui deficit, hunc ille plagis afficit, & qui se erga DEum gerit inobedientem, huic ipse se non præbet clementem.*

Vers. 43.) Ultimum membrum versus superioris his tribus à ב incipientibus declarat; illud enim quod dixit, tu non condonasti aut peperciſti, ita exaggerat, DEus nos à se extrudit v. 43. suas aures & cœlum occludit v. 44. & hinc omnis mundus nobis illudit v. 45. In hoc autem versu sunt illa duo membra, quos DEus ejectos persequitur I. his mentem ipsorum, ne consilium salubre inveniant, obscurat. II. erga eos, ne ad misericordiam commoveatur, se velut obdurat. Obtexisti in irâ, *quasi tentorium se tabernaculum posuisti nobis iram tuam (ea enim est verbi Hebræi* סכתה *emphasis) ab omni parte nos irâ tuâ circumdedisti & velut obruisti, posuisti tentorium furoris tui, ne videremus, quomodo iremus, ut Vatablus ex Chaldæo ac inde Lutherus explicat, atq; ita tenebris obrutos ac ignaros,*

quò

quo nos verteremus, nos perſecutus es, *iratus inſtas ac pœnas inſligis*, occidiſti & non pepercisti *nec ulli ſexui, nec ætati, nec ordini, nec dignitati, vide ſupra c. 2, 2. 17. & præcipuè v. 2. 1.*

סכך est μέσον. סכך *texit velut tugurio. vide Pſal. 5, 12. idq; vel in bonum, ut in loco allegato & Job. 1, 10. vel in malum, ut h. l. & Job. 3, 22. & alibi. R Salomo Jarchi ita exponit, poſuiſti iram tuam velut interſtitium ſeu ſepem (Conferſup. 2, 6.) inter nos & te, ne poſſemus ad te accurrere vel accedere, teq; deprecari. Calvinus. Quia ſenſus oculorum tenerior, & qui videt alterius mala manſueſcit ſæpe, hoc innuit, DEum, ne videret aut ad miſericordiam commoveretur, denſam caliginem ſibi circumdediſſe. Sed de hac obtectione agitur verſu ſequenti, ubi expreſſè ponitur* לך, *hic autem commune affixum* נו *LXX. contrarium ſenſum habent,* απεσκέπασας, *detexiſti nos in ira tua, omnibus rebus privaſti* רדף *etiam eſt* ἐκ τ̃ μέσων. *hic pro ſubjecta materia in malum ſumitur, ſicut & ſupra c 1, 3. 6. & de Deo, Pſal. 35, 6. & 83, 16. in bonum alibi tam de Deo, quàm de homine Pſ. 23, 6 & 34, 15. & 38, 21. Hoſ. 6, 3. Confer autem cum hoc loco Pſal. 35, 6. & 69, 24. 25. Nahum. 1, 8.* רדף

Verſ 44.) Videbatur illud unicum reſtare, ut ad DEum orantes confugerent: ſed etiam illud fruſtra tentabant, quia DEus ſe abſconderat, ne audiret preces. DEus, inquit, nube ſe operit, nec cœlum precibus aperit. Poſuiſti *velut umbraculum* tibi, *ô DEus* in nube, *confer. ſupra c. 2, 1. hoc capite v. 8.* ne tranſeat *vel perrumpat* oratio, *ſed in aëre evaneſcat, quia peccata inter te & nos dividebant Eſ. 59, 1. 2. Contrariam phraſin habes, Sirac. 35, 19.*

Reliqua omnia ſuperius explicata; tantùm id unum reſtat, quod מ *h. l. ſit negativum, qua de re vide in Jonam c. 4, 3. Lutherus eleganter extulit hunc verſum;* Du haſt dich mit einer Wolcken bedeckt/ daß kein Gebet hindurch kunnte. *LXX. autem (quod illi notent, qui hanc verſionem nimium mirantur amantque, eamq; textui Hebræo æquiparare ſolent, ne dicam de iis, quibus hic præ illâ ſordet) miſerè corrumpant omnia* ἐπεσκέπασαν νεφέλῃ ὸν σεαυτῷ ἔνεκεν (*quaſi ſcriptum eſſe* מעבור, *idemq; ſit quod* בעבור) προσευχής, *quin etiam ſequentis verſus duo priora verba huc transtulerunt,* καὶ μυσμα με, καὶ ἀποφήνας, *ubi pro* סחי *quid legerint, non facile eſt divinare. Notat h. l. Kyberus, quod in Midraſch Thillim,* מ negat. LXX. errant.

lim, id est, expositione super Psalterium hæc habeantur Rogavit Rabbi Chanina, filius Papæ ipsum Rabbi Nachmani, quid est illud Thren. 3, v.44. obduxisti tibi nubem, ne transeat oratio? respondit illi, portæ orationis quandoq; sunt apertæ (puta cum homines sunt pœnitentes, Psal.65. 3. Esa. 19,22. 1. Joh.3,21. Job.11,13.14.15.) quandoq; verò clausæ (nempe quando sunt impœnitentes Prov.1,28. & 28,9. Esa.1,15. & 59,2. Zach.7,13. Job 9, 31.) At portæ pœnitentiæ nunquam sunt clausæ, quia dicitur, Psal.65,6. Fiducia omnium extremitatum terræ & maris longinquarum. Mare nunquam in æternum clausum est, sed quicunq; vult lavari in illo, lavare potest quacunq; hora id facere voluerit. Sic etiam pœnitentia se habet: Omni enim hora, qua voluerit homo facere pœnitentiam, faciat, & DEus suscipiet eum.

Portæ orationis.

& pœnitentiæ.

Vers. 45.) Maximè verò dolet, quando DEus facit nos vilescere, quandò nos apud alios videmus sordere hostes florere, nos conculcari, illos honorari. Purgamentum *vel abrasionem, hoc est sordes, quæ abraduntur à pavimento,* & rejectamentum *tale quid, quod omnes abominantur & aversantur. Apostolus, 1. Cor 4,13. elegantissimè vertit* περικαθάρματα καὶ περιψήματα. *Latini dicunt ex verras, & sordes undiq; absterssas ab abjiciendas.) vide Lutheri marginalem glossam ibidem, siquidem proba est, quod ad rem declarandam, & confer ejusdem capitis versu 9. & expende emphases verborum* ἐσχάτους ἀπέδειξεν, θριαμβεύοντι, θεατρον, *videbis esse desumpta ex veterum spectaculis,)* σκεύματα, *quæ non modo nullius precii, sed quæ unusquisq; longissimè à se abesse cupit,* posuisti nos, *reddidisti nos sordidos & contemptos, Lutherus* du hast uns zu Koth und Unflath gemacht / in medio illorum populorum, *quibus nos olim imperamus, quiq; jam vice versa nobis dominantur.*

1 Cor. 4,13

סחי

סחי *est à R.* סחר *quæ semel in Piel tantum extat Ez. 26,4. significat abradere. Thargum, Aben Esra, R. Salomo Jarchi interpretantur motum, quo quis est vagus & instabilis,*

Qui sine spe, qui sine sede miser.

Eradicari.

Huc credo vulgatus Latinus interpres respexit, quando reddit, eradicationem. Ut enim tum quis in sacris dicitur plantari, quando alicubi

alicubi certam sedem figit; sic contra eradicari intelligitur, quando ex suis sedibus ejicitur. vide Psal.9,7. Amos.9,15. Psal.52,7. ubi Jesuita à Castro erasionem & eradicationem confundit, quando pulverem è pariete domus leprosorum abrasum confert: Prius autem verum sensum ponit. מאוס *est infinitivus Cal absolutus loco nominis abjicere, reprobare pro abjectione &c. pro concreto autem abstractum positum emphasin habet & superlativum denotat. Posuisti me dum vertit vulgatus, legit suo more* תשימנו *pro* תשומנו, *quod Græci melius extulere,* ἔθηκας ἡμᾶς. מאוס

L. C. Ex vers. 43.) Qui à Deo gratiosè non patitur se regi meminerit se ira tegi: & qui non curat ut gratiam ipsi depluat aut supernè defluat, caveat ne excandescentia DEI ipsum obruat. Qui non accurrit subpatris umbraculum, concluditur in judicis tabernaculum. Qui Domino suo obloquitur, hunc ille persequitur, & quem nec beneficiis potest ad se allicere, hunc parat suppliciis interficere.

Ex vers. 44.) Cujus fides non erumpit, ejus precatio nubes non perrumpit: Qui enim non vult DEo in vera pietate servire, hujus preces iræ divinæ caliginem objectam non possunt transire.

Ex vers. 45.) In Deo ut ponamus omne nostrum firmamentum, is non in mundo vult esse purgamentum, permittit nos fieri περικαθάρματα, *ut cogitemus in cælo esse nostra reposita* χάρματα, *Psal. 37,3.4.5. Joh. 16,22. 2.Cor.6,9.10. & quos solum ut sordes à se rejicit, illos cœlum hæredes tandem suscipit. Contrà improborum gaudium vertitur in æternum cordolium.* Vicissitudo piorum.

Vers. 46.) Ut verò exaggeret hæc mala cum Apostolo 2.Cor.7,5. ostendit quod sint ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἔξωθεν μάχαι, ἔξωθεν φόβοι, *& hoc quidem versu illa duo declarat, 1. quæ sit hostium immanitas, 2. quæ pluralitas, seu quæ hostium truculentia vel amarulentia & copia.* Dilatant *seu aperiunt* contra nos os suum *cùm ut illudant, tùm ut absumant, non unus & item alter, sed* omnes inimici nostri. *Vide quæ dicta sunt suprà c.2,16. Psal.22, 14. & suprà c.1,2.*

In textu est quidem rythmus עלינו איביהם, *& hoc rectius contrà vertitur, quàm cum vulgato super, vel LXX.* ἐφ'

ἐφ' ἡμᾶς. *Lutherus omnia emphaticè*, sperren ihr Maul auf wieder uns.

Vers.47.) Quid autem præterea? interius timor, exterius vastantium clamor, ibi examinatio, hic vastatio. Pavor *cordis interius angit, antequam venit malum, & hostis omnis generis insidias struit, quæ nomine* foveæ *hîc designantur, & metum illum augent, Metus & foveæ cessit vel* adest nobis *(ubi in textu Hebræo est elegantissima παρονομασία* פחד ונחת *quibus duobus tertium vocabulum cognatum, quod h.l. legit vulgatus, dum vertit laqueus, additur longè elegantissimè, Es.24,17.18. Jer. 47, 43. 44. in quibus locis perspicuus hujus versus scribitur Commentarius, nempe, quum timeremus malum & fugere allaboraremus, corruimus in foveam & laqueum, ita incidimus adeò in scyllam, quando volumus evitare charybdin, capti atq; irretiti sumus & postea secuta est* vastatio & contritio, *vastatio regionis ac urbium, contritio singulorum.*

παρονομασία.

Vulgatus pro השאת *legisse videtur* השאת *quasi esset* נשאת *idemq; quod* משאת, *de cujus emphasi passim, Amos 5, 5. 1.Nah.1,1. Hab.1,1. Zach.9,9. Mal. 1,1. Est autem à R.* שאה *vastari cum tumultu, fragore & irruptione. Chaldæus per* רתיתא, *id est, tremor, vertit. Alii Radicem esse volunt* נשאת, *id est, decepit, sed rectiùs ad priorem reducitur, quæ notat* חרבת ושממת *desolationem & devastationem. Vertit autem vulgatus vaticinationem. Græci itidem more suo minùs recte legerunt, sed aliter verterunt, nempe* ἔπαρσις, *id est, elatio, superbia, puta hostium nos premit.*

Vers. 48.) Ex illis autem oppressionibus oritur summus dolor, qui erumpit in fletum amarissimum, descriptum versibus tribus, unde hoc versu exponit effectum, videlicet lacrymarum multitudinem, & causam, nempè miseriarum magnitudinem. Rivis aquarum descendit oculus meus, *hoc est, per hypallagen, oculi mei fere descenduet ac defluunt ex capite cum lacrymis tam multis, ut*

Humor fluit undiq; rivis,

quasi dibas, Ich weine schier die Augen dem Kopffe. *vide supra c.1,16. Quæ autem causa te impellit, ut adeo acerbè fleas? non sanè*

sanè est de nihilo, propter contritionem filiæ populi mei, *de quibus supra cap.1,6. & 2,11. 13.*

פלגישים *vide Psal.1,3.* פלגים. *hinc quidam pelagus derivant, sed contra Etymologiam, nisi velis κατ' ἀντίφρασιν ita nominari Oceanum.* שבר *autem Lutherus eleganter vertit* Jammer; *In priori commate præter rem & necessitatem Calvinus existimat esse ibi ellipsin particulæ* כ *statuendam.*

L.C. Ex vers.46.) *Pii quando à DEO deseruntur, a mundo anguntur & luduntur: & quando in calamitatum pelago natant, omnes inimici contra eos os suum dilatant.*

Ex vers.47.) Θαμβοῦνται μυελόν, σίτινες ὁ φοβεῖνται κύελον, *& incidunt in foveam* παλαιτωρίας, *qui non cavent foveam* ἁμαρτίας.

Ex vers. 48.) *Qui non antevertit DEI minas, tandem concinnat sibi lachrymas, & qui non accedit, dum à pastore animarum quæritur, à male miseriarum conteritur.*

Vers. 49.) Luctus sui magnitudinem adhuc exaggerat, ut superiori & 51. versu. Nullus enim finis est deflendi, ubi nullus est finis affligendi, & crescit tristitia, ubi augetur miseria. Oculus meus defluit, *cum lachrymis velut exundantibus simul delabi videtur ex capite, &* non quiescit, *non desistit effundere vim lachrymarum, ex eo, quod* nullæ *miseriarum* intermissiones *sunt quod continua afflictio perstet & abyssus abyssum invocet.*

נגר *defluit more aquæ decurrentis Conferantur loca 2. Sam. 14,14. Job.20,28. Psal.77,3. Mich.1,4. De reliquis supra 2,18. LXX. & vulgatus satis obscurè sensum aliquem expresserunt, emphases autem vocum non assequuntur.* נגר

Vers. 50.) Duo autem optat, ut Jehova ex nube, qua se obtexit, prospicere, & se quem afflixit, placido vultu respicere dignetur. Non se finem conquerendi facturum dicebat, dum DEUS nondum statuit tempus miserendi, non cessabo cœlum querelis pulsare, donec prospiciat, *ubi se quasi abscondit, vide supra c.2, 1. & in hoc capite v. 8,43.44. & de verbi* שקף *emphasi, supra v. 8. dictum est, & aspiciat seu* videat *meum malum* Jehova è cœlis, *ita suum fletum à querimoniis ethnicorum vagis ululatibus distinguit, siqui-*

siquidem illi tantum quiritantur, ad DEum autem non accurrunt fide, nec salvantur. Pii vero graviter quidem tentantur & excruciantur, sed tamen DEum Patrem omnipotentem esse in cœlis eumq; tandem manum auxiliarem esse porrecturum se consolantur.

In textu Hebræo est quædam ellipsis, siquidem plenè solet dici אשר ער *vel* כי ער *LXX.* ἕως ὁ Θεὸς ἐπιβλέψει, *quod ex contrario, quasi dicas, quousq; non prospiciet? cur moras nectit ferendi auxilii? sic* καὶ ἴδοι κύριος ἐξ οὐρανοῦ *jam statim videat Dominus ex cœlo, me citò liberet. Ubi quis poterat existimare, denotari tantùm DEum cœli, quemadmodum nos etiam loquimur,* 1Cor.15,47 GOtt vom Himmel/ *ut* κύριος ἐξ οὐρανοῦ *notat* οὐράνιον, 1.Corinth. 15,47. *quod cum Bellarminus non intelligeret, textum ipsum Græcum corrigere præsumit lib. 2. de verbo Dei c. 7. pag. 132. sed* יהוה *ita non construitur in textu Hebræo, quod sciam, verum* ארץ *&c.*

Vers. 51.) Pergit porro describere sui doloris gravitatem, & Jerosolymæ calamitatem, ut ita appareat satis subesse causæ, cur se ita angat ac doleat. Oculus meus, *inquit*, afficit animam meam, *negocii multum facessit animæ meæ, & vitam consumit, I.utherus* mein Auge frist mir das Leben weg/ *tristitia nimia mortem accelerat,* propter omnes filias civitates meæ *cum propriè sic dictas, mulieres & virgines, quæ appellantur filiæ Jerosolymitanæ, Luc. 23,28. vel metaphoricè sic appellatas, pagos & oppida ad metropolin hanc velut matrem pertinentia, Jer. 48,2. Consule Chaldæum interpretem, vide in Esa. 1,5.6. & alibi, ad Num. 21, marginalem glossam Lutheri.*

Filiæ civitatis.

עלל *Verbum* עלל *suprà etiam vide c. 1,12.22. & 2, 20. hoc loco autem secundum subjectam materiam significat malo vel dolore afficit, quod suo quodam consilio non admodum male vertit vulgatus interpres, deprecatus est. minus emphaticè LXX.* ἐπτοήθη. מ *vero particulam iidem, sicut & posteà Calvinus comparativè accipiunt,* ὑπὲρ θυγατέρας *magis quàm filiæ ullæ civitatis meæ, quasi hoc modo exaggeret luctum, plus doleo & fleo quàm ulla fœmina aut virgo, quarum tamen sexus tenerior & ad dolendum propensior. Sic etiam Kimchii & Vatablus. Sensus autem est: oculus meus præ copia lacrymarum vires meas consumpsit.*

מ Comparativè accipitur.

L.C.

L. C. Ex versu 49.) *Quis desinat flere, ubi non cessant nos mala exercere. Nullus pudor est lacrymis, ubi nullus modus miseriis.*

Ex versu 50.) *Homo pius expectat, donec DEUS è cœlis prospectat: DEUM precatur, donec ille intueatur, Psalm. 123. versic. 2.*

Ex versu 51.) *Animus bonus in re mala adjuvat, spiritus autem fractus ossa exsiccat, Proverb. 17, 22. Ubi quis magnas suorum calamitates vidit, facilè eum tristitia occidit Sirac. c. 3, 24.*

Vers. 52.) Hostium crudelitatem ac immisericordiam tractantium populum captivum immaniter depingit aliquot versibus, & hoc quidem, declarat eorum 1. in nocendo diligentiam ac industriam, 2. malitiam Diabolicam Omnino *seu vehementer (Hebraicè venando)* venantur me *seu aucupantur* sicut aviculam *Psalm. 11,1. & 102,8. & 124,7. Eccles. 9,12.* inimici mei *sine ulla causa, gratis, immeritò, ita ut nec ego quicquam promeritus sim, nec illi quicquam lucri inde reportent. Hebr.* חנם *quod sæpè ita usurpatur, Psal. 35,7. 19. & 69,5. & 109,3. & 119, 161. Sicut &* δωρεὰν *in N. T. Joh. 15, 25. Alii tamen accipiunt, pro impune, ut Prov. 1,11. & 23 29. Job. 9,17. ut sit sensus: Tu DEus sinus ita me affligi ab illis, nec pœnam reposcis, quomodo evadunt impunitate longè pejores.* חנם

צור *notat venatus est propriè feram persecutus est Gen. 27. &c. sed metaphoricè designat, alicui insidias struxit, diligenter malum ejus quæsivit. videantur loca hæc Job 10, 16. Psal 140, 12. Prov. 6,26. Ezech. 13,18. infra c. 4. 18. Mich. 7, 2. Cognatum verbum* צרר *extat eodem significatu 1. Sam. 24,12. hinc scies, quid sit illud. Gen. 10, 9. Nimrod erat fortis seu potens venatione coram Domino, hoc est, abutens sua potentia, tyrannicè omnia ad se rapiebat velut aucupes & venatores affectant prædam Eccles. 9. 16. vide Drus. class. 1. Proverb. 1. illud autem coram Jehova, valet ad augendum crimen quod palàm, protervè, impudenterq; abjecta omni non solum hominum, sed etiam ipsius numinis divini reverentiâ, quasi dicas, elata manu, vide Gen. 6,11. & 13, 13. Gravius enim æstimari solet, quando quis alium inspectante prætore lædit. Alii* צור Gen. 10,9.

putant id innui, quod religionem simularit, ut facilius pietatis aliqua specie hominibus imponeret. Alii ad amplificationem virium & pœnæ referunt, quemadmodum justus coram DEO dicitur, insigniter respectu aliorum justus Luc. 1,6. Mihi se maximè probat prima explicatio. Jer. 16,16. Eadem occasione vera sententia cujusdam loci nempe Jer. 16, 21. indicari potest, imò debet. Verba ita habent: Missurus sum ad multos Piscatores, ut piscentur eos, & ad multos venatores, ut venentur eos. Sunt verba Dei irati comminantis Judæis excidium vide v. 13. & 15. propter multiplicia peccata v. 11.12.17. & verbum piscari optime quadrat, ut jam dictum, quin etiam illud alterum. Confer Ezech. 12,13. & 29, 3.4.5. Amos 4,2. Habac. 1,15. Etiam cum phrasi, quæ extat v 18. & rependam prius duplum iniquitatis eorum, &c. Confer cum iis, quæ habentur in Exerc. biblic. in Es. 40,2. pag. 594. versu 14. agit de reductione Ergo etiam de abductione ibidem agetur. Inspice etiam ac confer Esa. 19,8. Nah 2,8. Ps 9,3. & 124, Mich. 7,2. Vulgò solet illud dictum Jeremiæ cum Flacio in clavi in voce Venari (qui tamen corrigit in voce Piscator) & aliis haberi pro vaticinio & promissione, fore, ut mittantur in N.T. Apostoli ad convertendos homines. Vide exegesin Evangelii, quod explicatur die Andreæ ex Matth. 4, 18. 19. 21. & alibi. Jeremias dicit de multis, apostoli erant pauci, & hi non sunt piscati Jerosolymis ut deducerent Babylonem, sed spiritualiter. Mihi autem analogiam scripturæ & cohærentiam textus negligere est religio, & dictis biblicis velut ludere nolim. Vide etiam Tremellii notas, Jesuitæ Castro Comment. qui citat Theodoretum, Hugonem, Thomam, Lyram pro hac sententia. Confer igitur Judæos hic miseris passerculis, quibus nihil ex se præsidii vel fortitudinis vel consilii, & robustis, dolosis vafrisq; aucupibus, ac venatoribus Chaldæos, qui illos facilimè capiunt & interficiunt. Obiter autem notari potest, quod malè cum hoc versu conferat Prov. 1,17. Calvinus, & explicet, sine causa extendi rete avibus, id est, hominibus innoxiis, חנם enim ibi notat frustra, & hoc notat Salomo; etsi videantur improbi jam certi esse, quod sint capturi probos homines, tamen hoc nihilo magis successurum esse, quàm si auceps sibi promitteret, se capturum aves prætervolantes & retia observantes, quod est ἐκ τ ἀδυνάτων. Id innuit phrasis, ante oculos omnis domini alæ, quæ alibi explicata, Nahum. 1,1. Hic

Calvini error. Prov. 1,17.

saltem

saltem vide Lutheri versionem Germanicam & glossam marginalem, & ridebis Calvini illam glossam hoc quidem in loco. Et de his plus satis. Lutherus hoc loco ita pergit, meine Feinde haben mich gehetzt/ wie einen Vogel ohne Ursach. Nec malè Græci, θηρεύοντες ἐθήρευσαν με ὡς στρουθίον πάντες οἱ ἐχθροί μου δωρεάν.

Vers. 53.) Resticit adversum 47. & de pavore quidem vers. 52. de fovea autem & vastatione nunc agit & narrat, quomodo ipsum captum in foveam dejiciant, & in dejectum lapides projiciant, hoc est, quomodo in rete protrahatur, & captus morti tradatur. Exscindunt dum in foveam conjiciunt vitam meam, hoc est me ipsum vivum, Psal. 143, 3. Confer. Gen. 37, 24. Jer. 38, 6. ubi de simili crudelitate, & ad me contegendum & occludendum & fame interficiendum, vel ad aliud supplicium gravius servandum projiciunt lapidem in me, os foveæ diligenter obstruentes, ne evadam, Jos. 10, 18. &c. Dan. 6, 18. vel quasi in mortuum 2 Sam. 18, 17. Jos. 7, 26.

צמת חיים

צמת est exscindere, ut patet ex Lexicographis: R.S. Jarchi tamen ait, id notare ligare seu stringere. חיים est pluralis numeri, quemadmodum omnia nomina, quæ ætatem aliquam aut simile quid denotant apud Hebræos, ut בתולים, עלומים, זקונים, נעורים, &c. & hanc rationem magis probo, quam propterea esse hoc nomen plurale, quod homo vitam triplicem vivat, plantæ, animalis, hominis: vel quod duplex sit vita, hujus & futuri seculi.

Vers. 54.) De contritione (supra v. 47. 52.) restat, de qua ita subjicit, quasi singuli malo obruti dicant, excisus sum, actum est de me. Hoc autem in versu componitur, aqua calamitatis inundans, & homo ferè desperans. Exundaverunt aquæ supra caput meum Confer Psal. 69, 2. 3. & 124, 4. 5. calamitates & miseriæ ab omni parte me oppresserunt Psal. 42, 8. & proinde, quum spei fere nihil superesset, dixi & cogitavi, succisus sum, planè perii, Lutherus, Nun bin ich gar dahin/ Verbum צפו Lutherus activè reddidit: Sie haben auch mein Haupt mit Wasser überschüttet. LXX. ὑπερεχύθη ὕδωρ. melius tamen vulgatus, inundaverunt. Verbum enim Hebræum in Kal est neutrum. נגזרתי אָצַר est, quod notat, diffidit discidit, ut ligna vel lapides, usurpatur etiam de sermone

Aquæ i. e. calamitas.

mone & notat decernere, sententiam ferre. Cum hac autem Phrasi & loco confer Psal. 31,23. Esa. 53,8. etiam Psal. 88,6. 8. Græci vertunt ἀπωσμαι. detrusus, dejectus, deturbatus sum. Lat. Vulgatus rem dicit perii.

L. C. Ex vers. 52.) *Qui est DEI ovicula, sæpe ex insidiis petitur ut avicula. Hæc autem meminerit se subvehere in cœlum, fidei & precum alis, quando undiq; circumvenitur in terra malis. Vide autem hæc diabolica malorum ausa, qui oderunt & persequuntur bonos sine causa. Sed confidendum est, quia DEus adest. Quando Moses vult describere miraculosam Noachi cum suis in aquis conservationem, addit tandem Gen. 7,16.* ויסגר יהוה בעדו, *& simili phrasi paterna DEI protectio indicatur Job. 1,10. quod DEus obtegat pro aliquo vel obsepiat, metaphorâ à gallinâ vel hortulano sumptâ, prout deducis. Ultraq; autem metaphora notat DEI benevolentiam ac diligentiam: de potentia non est quod quis dubitet, qui miracula ab eo facta considerat.*

Ex versu 53.) *Libenter tales aves cœli, quæ non adhærent terrenis, terræ filii dant in caveam, vel conjiciunt in foveam, eò quod non secum malam insistunt viam, ipsi projiciunt in eos lapidem iniquitatis Prov. 20,10, calamitatis Num. 35,17 23, malevolentiæ. Exod. 21,18. maledicentiæ, 2. Sm. 16,6. injustitiæ Hab. 2,11. Diabolus autem ipse superinjicit, si quem illi concludere potuerunt, lapidem indurationis, Ez. 36,26. conturbationis, 1. Sam. 25,37. desperationis, Ex. 15,5. 16. Job. 14,18. 19. 20.*

Lapis varius.

Ex versu 45.) *Quando aquæ malorum & bellorum exundant, pii preces ardentes ad DEum fundant, cui ut mare & ventus obedit, ita etiam malorum pelagus, succurrent piis, cedit. Hæc quoque pios exercet tentatio, ut parum abesse putent, quin sequatur desperatio.*

Vers. 55.) Jam in aliquot versibus visus est populus Judaicus cum malis conflictari & cum ipsa desperatione colluctari: nunc deinceps velut eluctatus aliquantisper, orat se servari, & hostes obstinatos perdi. Hoc autem versu opponit inter se DEI invocati majestatem, & suam invocantis egestatem, DEI summam gloriam, & suam maximam miseriam. Quid autem agerem jam barathro desperationis proximus? ad cœlum oculos sustuli, unde meum auxilium,

um, ſed invocavi nomen tuum, ô Jehova è fovea infimorum, *ſcilicet locorum, quod notat conſtructio* בבור תחתיות, *Pſ. 88, 7. ide.* ממעמקים *Pſal. 69, 15. & 130, 1. id tamen quod ad ſenſum, rectè expreſſerunt LXX.* ἐκ λάκκυ κατωτάτυ *& Latinus Vulgatus, de lacu noxiſſimo, Lutherus* unten aus der Gruben.

Verſ. 56.) *Exauditionem ſibi promittit & petit illud a ſua ipſius experientia, hoc qua poteſt, ſumma animi contentione & fidei potentia. Quando jam antea te ita invocavi,* tu vocem meam, *quam emiſi in infimo carcere, puteo, lacu ac loco,* exaudiviſti *in ſummo cœlo, meq; juviſti & eripuiſti. hinc adeo, quia nihil remittis de priſtina tua erga homines converſos benevolentia, in ſpem bonam erigor, fore ut nunc quoq; voti mei compos fiam, idcirco te mitiſſime pater, rogo,* ne occultes, *ſubtrahas, avertas vel obthures* aurem tuam propter reſpirationem meam, *ut reſpirem abs te exauditus & liberatus, & ne aurem occludas* ad vociferationem meam, *quando omnibus viribus te inclamo. Ita explicant fere Chaldæus, AbenEſra, Kimchi, Pagninus & Vatablus, credo quia vox* רוחה *ita uſurpatur Exod. 8, 15. non autem pro precibus, ut vertunt eam hîc LXX. per vocabulum* δέησιν, *vel ſingultum uti reddit vulgatus, quod exponunt ſuſpirium: quâ ſcripturæ analogiâ, ignoro.* רוחה

In textu eſt elegans rythmus, לרוחתי לשיעתי *Reliqua ſunt facilia.*

Verſ. 57. Duo autem beneficia ſibi à DEO in malis omnibus obtigiſſe dicit nempè ſubitum auxilium, & gratum alloquium, ſeu prædicat DEI manum ſublevantem & vocem conſolantem. Appropinquaſti *ſtatim* in *illo* die, quo invocavi te, *ſine omni mora accurriſti laturus auxilium &* dixiſti, ne metuas: *Jehova adſum tibi, quis tibi noceat?*

De ellipſi particulæ אשר *ſupra & alibi. Notetur etiam quidam rythmus,* קרבת אמרת *particula autem* אל *eſt prohibentis vel dehortantis: Confer loca ſaltem hæc Eſa. 10, 24. & 37, 6. & 41, 6. 13. Dan. 10, 12. 15. Joel. 2, 21. Hagg. 2, 5. Zach. 8, 13. 15.* אל

L. C. Ex verſu 55.) *Nomen Domini turris fortiſſima, ad quam accurrit pius in afflixione maxima, Proverb. 18, 10. qui*

DEUM invocat hunc ille, si profit ipsi, liberat, protrahit ex malorum puteo, & tandem collocat in cœlorum palatio Ps.91,14 15.16.

Ex vers. 56.) *Pius repulsam non patitur, sed certò exauditio sequitur, si non ad voluntatem, saltem ad utilitatem. Is quum fores cœli suis querulis vocibus pultat, DEUS non diu se occultat; ubi sperat, paulò post respirat: ubi vociferatur, liberatur.*

Ex versu 57.) *Ubi ascendit oratio, descendit DEI miseratio; ubi clamor fidelis adesse cernitur, timor nimius abesse jubetur.*

Vers. 58.) Ut πληροφορίαν *suam sub initium versus 56. & toto 57. ex ipsa experientia probavit, sic in hoc ternario a DEI justitia auxilium sibi promittit. Sicut enim ante hac DEUS ipsum à variis & potentibus hostibus liberavit, v. 58. ita nunc etiam intuetur & ulciscitur malos v. 59. 60. In hoc autem versu quasi DEum pro tribunali sedentem introducit, cui tribuit I. quod ipsius causas cognovit & promovit. II. ipsum oppressum liberavit,* Domine *recordor dicrum pristinorum, revoco mihi in memoriam tua miracula & beneficia mihi præstita, tu* egisti *antehac* causas animæ meæ, *tu contendisti contentiones disceptasti disceptationes, animæ meæ Psal. 43,1. hoc est, quæ vitam & salutem meam concernebant, non unam atq; alteram tantum, sed semper, quum Phamo me planè perditum ibat, Philistæi & alii oppugnabant, subjugabant, &c. Vide librum Judicum: tu* redemisti vitam meam *præsentissimo periculo me subtraxisti & in libertatem vindicasti, jam cognita meæ causæ æquitate & adversariorum iniquitate, qui præter jus ac fas me tam immaniter tractabant, siquidem de illis nil tale quid eram promeritus. Tibi autem ut peccavi, ita etiam culpam meam confiteor ac deprecor.*

Elegans allusio ad primam vocem versus præcedentis hîc habetur facta per aphæresin קרבת רבת. *Deinde verbum*

רב ריב *regit nomen conjugatum* רבת ריבי *quod jam sæpe explicatum, & hæc phrasis sæpius occurrit, 1.Sam.24,15. & 25, 39. Psal. 74, 22. & 119,154. Prov.22,23. & 23,11. Esa 49,25. Jer. 50, 34. Mich. 7,9.*

גאל *De verbo* גאל *ejusq; emphasi, vide quæ dicta Mich.4,10. LXX. non malè,* ἐδίκασας τὰς δίκας, ἐλυτρώσω. *Ubi quam ob causam*

verbum

verbum per nomen, redemtor, *verterit vulgatus Latinus, non video. Lutherus autem omnia præterita in hoc, & in sequenti versu per imperativum ac modum precationis reddit, consequens ex antecedente rectè educens non enim insolens est præteritum pro certissimè futuro poni apud Prophetas.*

Vers. 59.) Superioribus confirmatus documentis, etiamnum sibi constare credit, Dei omniscientiam & justitiam, illa novit hostium iniquitatem, hæc declarabit suæ causæ æquitatem. Vidisti, *noſti optimè,* ô Jehova, *perversitatem,* quæ exercetur in me, *iniquitatem illorum adversum me, ut benè hoc loco affixum in voce* עותתי *vulgatus Latinus, & Lutherus* wie mir so unrecht geschicht/ *passivè reddiderunt, & quia illam cognitam ac perspectam habes, idcirco pro tua justitia immutabili* judica judicium meum, *Lutherus* hilff mir zu meinem Rechten / *asſere jus meum.*

De verbo ראה *pro subjecta materia, vide Psal. 10, 14. de observatione, quod affixa sæpè passive accipiantur. vide in Hos. 7, 11. & alibi Exercit. bibl. pag. 772. Exempla reperies similia Gen. 16, 5. Psal. 5, 8. & 35, 4. Es. 26, 12. & 56, 7. & 35, 11. Hos. 13, 14. Mal. 1. 6. Drus. l. 2. obse. cap. 4. & R. D. Kimchii in Hos. 13, 14. Confer etiam, quod ad nomen ipsum sup. v. 36. & 9. hujus capitis, & non neglige elegantem rythmum, quem facilè ad usum transferes,* עותתי משפטי. *Et jam phrasin ultimi commatis, ubi verbum iterum regit nomen conjugatum in versu superiori notatum esse in memoriam regredere, & confer Zach. 7, 9. & 8, 16.*

Vers. 60.) Iterum componit inter se numinis justitiam, & hominis seu hostis nequitiam, DEI vindictam & Chaldæorum malevolentiam. Vidisti, *ô DEus, in tuo consilio Jer. 51. 6, 11. 36. & certò sequetur tempus, quo aspicies abs te cœlitus illatam Jerem. 50, 51. capp.* omnem ultionem istorum, *quæ de istis sumitur: ratio est, quia jam ante vidisti* omnem cogitationem *eorum malam,* contra *seu adversum* me. *Quia enim te non latet quomodo non modò tuum consilium expediverint, quo me affligere, & castigare voluisti, sed etiam me planè perdere expetiverint, tu dispicies, quomodo hanc mihi illatam injuriam ulciscaris, tu qui DEus ultionum es Psal 94, 1.*

Affi-

Affixum hîc etiam passivè potius accipiam, quàm cum multis interpretibus activè, quasi injuriam & contumeliam vocet propheta ultionem à Chaldæis illatam, ut ita perpetua scripturæ analogia sibi constet & verum illud maneat, Deut. 32, 25. sic exponit hæc duo loca Thargum Psal. 54. 9. & 59, 11. ita ut addat נקמתם *Non itaq; simpliciter potest probari nota Piscatoris, ultionem Chaldæorum, quam exercuerunt in me, nisi velis dicere, esse illam ultionem quam DEus per Chaldæus exercuit. Verum quale tum hoc argumentum: Vidisti DEus tuam ultionem in me esse justam. E. judica judicium meum, potius quam in præcedentibus exaggeratur malitia Chaldæorum, hîc pœnam divinam irrogari petit Jeremias nomine sui populi. In ultimo commate verbale nomen ex idiotismo linguæ sanctæ regit casum sui verbi Buxtorf. thes. l. 2. c. 3. reg. 3. etiam c. 11. reg. 1. except. 1. p. 418. Verbum enim* חשב *cum* ל *construitur in bonum Psal. 40, 18. in malum plerumq; cum* על *Mich. 2, 3. Nah. 1, 11. &c. Confer infra statim versus 61. membrum ultimum, imo totus ille hunc rectius explicabit, si modò rectè expendatur.*

Nomen verbale. חשב

L. C. Ex versu. 58.) *DEus est justus causarum judex, & animarum vindex, noster procurator & liberator, advocatus & redemptor paratus.*

Ex versu 59.) *DEus videt omnem perversitatem & judicat pro suis secundum æquitatem, improbos autem perdit secundum severitatem.*

Ex versu 60.) *DEus ubi obstinatè malos perire videt, in in cœlo ridet Prov. 1, 26. & 3. 34. Cogitationes improborum non modò cognoscit, sed etiam ab ipsis pœnam reposcit.*

Vers. 61.) DEo esse nota hostium 1. convitia, 2. consilia ait, ac proinde fore concludit, ut ipse puniat tam obstinatè malos. Audivisti opprobria eorum Jehova, *contumelias, quibus me proscindunt, & velut scrutator cordis & renum, cognovisti* omnes cogitationes *& molitiones eorum* contra me.

Rythmum hîc idem affixum repetitum facit.

חרפתם, מחשבותם, נקמתם. *Reliqua jam superius sunt explicata.*

Vers.

Vers.62) Idem in hoc versu repetit, quod superiori explicuit; tantùm addit, quis hostium impetus, & quis temporum tractus, quo malè de ipso hostes loquantur; & contra ipsum mala moliantur. Audivisti labia *id est, per metonymiam, verba labiis prolata, sermones hostium meorum* insurgentium contra me, קמי *pro* קמים עלי *(de quo sub finem cap.17 l. 2. 2. thes. habet Buxtorf. p. 487. 488.) quæ constructio integra habetur Psal.3,2. Confer 2.Sam. 18,31. 32. Psal.54,5. 2. Reg.16,7. Ellipsis autem eadem Psal.18, 40.49. Jer. 51,1. LXX. ἐπανιστωμένων μοι, & meditationem eorum seu cogitationes & conatus clancularios, quos ut in actum deducant diu apud se omnia expendunt,* adversus me tota *& omni* die, *sine intermissione ac semper.* קמי

Vers.63.) Hisce jam enumeratis preces subnectit, & hoc quidem versu rogat, ut DEus intueatur 1. malitiam ubiq; in tota vita omnibusq; actionibus declaratam. 2. contumeliam populo DEI illatam. Sedere & surgere istorum, *Psalm.193. vers.2.* intuere, *hoc est, ad animum revoca, quàm impiè illi in omnibus se gerant, domi foriq;, & non oblivisce re, quod ego abs te miseriis afflictus* sim modulatio eorum *sup. v.14. Psal 69,13. Lutherus*, sie gehen nie-derſitzen/ *(ita enim puto olim fuisse redditum Hebræum* שבתם*)* oder stehen auf/so singen sie von mir ein Liedlein. *Ita in Bibliis nostro idiomate Saxonico Witebergæ anno 1574. impressis in fol.pag. 60.* Lutheri versio.

6. Se gahn liggen/ edder stahn up.

Confer cum illa phrasi, sedere & surgere, similes quasdam in explicatione Psalmi 1. v. 1. Pag. 15, 16. adductas. Notantur enim omnes actiones hominis. Subtilius est, quod habet Castro, sedere esse pro tribunali sedere ac publice negotia tractare: surgere autem à seriis rebus cessare ac feriari. Non enim tantum de illis hic agitur, qui in magistratu sunt constituti, sed de omnibus promiscue. Lutherus & Piscator hic statuunt ellipsin particulæ ב*, hoc sensu, intuere, quod de me modulenter sive sedent, sive surgunt, sensu ferè eodem;* ἐμφατικώτερον *tamen existimo esse illud prius, quod etiam vulgatus Latinus interpres habet. De emphasi verbi* הביט *vide Psalm. 10, 14. & supra cap. 1, 11. Confer cum priori phrasi Esa. 37, 28.* Sedere & surgere.

L. C. Ex versu 61.) *Ad probra in pios dicta Jehova*

attendit, & tandem suos defendit: cogitationes malorum habet perfectas, & pœnas iis paratas.

Ex vers. 62.) *Sermones improborum Deus novit, ipsos punire decrevit: dum ipsi adversus alios malum meditantur ac machinantur, malis ipsi intricantur.*

Ex vers. 63.) *Habet DEus vindicem oculum & furoris plenum poculum, Psal. 75,9. illo omnia observat, hoc omnia consilia malorum conturbat. Mali dum bonis illudunt, sibi ipsis malum cudunt.*

Vers. 64.) Petit malis inferri supplicia, secundum sua mala opera ac flagitia, vel rogat ipsis dari retributionem, secundum pravam ipsorum actionem. Redde iis, ô Jehova, retributionem secundam opus manuum ipsorum. *Lutherus* vergilt ihnen HERR/wie sie verdienet haben/ *hoc est, æquam mercedem, quæ respondeat factis ipsorum, repende.*

גמול *Vulgatus Latinus* גמולם *reddit vicem, sed Hebrææ vocis emphasin non exprimit, quam melius attingunt Græci vertentes* ἀνταπόδοσια, *Luc. 14,12. Rom. 11,9. pro quo Coloss. 3,24.* ἀνταπόδοσις,

השיב *quemadmodum etiam verbum* השיב *non malè extulerunt* ἀνταποδώσεις. *Confer Rom. 12,19. Hebr. 10,30. 2 Thess. 1,6. Phrasin Hebræam explica ex his locis Jud. 9,16. 2. Chron. 32, 25. Psal. 94, 2. Prov.*

Opus manuum. *12,14. Esa. 3,11. Joel. 3.8.11. inprimis Psal. 28,4. Opus autem manuum dicitur id omne, quod quis cogitavit, dixit, fecit, eademq; sententia, quod DEus unicuique reddat secundum sua opera, sæpe in sacris repetitur, & probatur hoc citatione dictorum plurimorum, ubi agitur de justitia Dei.*

Vers. 65.) Quod in genere dixerat versu præcedente, hîc in specie explicat, & suis hostibus imprecatur, 1. animi abjectionem, 2. divinam maledictionem. Da illis, *quibus ego sum* כגינם *supra v. 63.* dolorem cordis maxima ira *seu* מגנם & execratio tua *obveniat* illis. *Lutherus*, Laß ihnen das Hertz erschrecken/ und deinen Fluch fühlen.

Præter illam παρονομασίαν longè elegantissimam jam in textus explicatione declaratam id addo, quod hoc velit, ut DEus illis, qui piorum malis gaudebant impense, ut hactenus conquestus est propheta, det ut domi habeant, quo se crucient, & suis ipsorum

malis

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0166
DFG

malis pereant, & quum pios jam prorsus conclusos teneri putabant, illis liberatis hi malis circumventi & velut scuto obtecti opprimantur. מגנה *Huc enim pleræq; explicationes vocis* מגנה *recidunt (quod etiam Dagesch probat) ut à* גנן *eam deducant, quæ significat obtexit more scuti vel clypei, unde vulgatus hoc loco vertit, dabis eis scutum cordis, non adeò malè, si quis non male interpretetur, & non cum LXX. accipiat, qui sensum corrumpunt, vertentes* δοσεις αυτοις υπερθυμον καρδιας μου. *R. Salomo Jarchi explicat secundo, nam primò per* שבר לב φυλαξεις *& ad R.* מגן, *id est, tradidit Hos. 11, 8. refert, quomodo etiam Buxtorfius in Lexico in eadem Rad. traditionem cordis exponit, ut cor tradant, abjiciant, perdant,* daß ſie den Muth ſincken laſſen und gar verlieren / *quomodo Tremellius & Junius vertunt etiam,* indito illis abjectionem animi, *addita glossâ, humilia illos quocunq; modo, quam interpretationem putant confirmari sequentibus, (qua de re sit liberum cuiq; judicium)* אומם הלב, *id est, obdurationem cordis & cum interprete Chaldæo, qui habet* תבירות, *id est, dolorem R.D. Kimchi interpretatur porrò per* אנחה, צרה, *id est, angustiam, afflictionem, vexationem, mœrorem, suspiria, (sic etiam Pagninus & Vatablus) unde oritur lethalis infirmitas & certum exitium. Calvinus: impedimentum cordis, id est, excæcationem seu ignorantiam, ut alii loquuntur. Piscator reddit per obseptionem cordis, hoc est, anxietatem summam, ut nesciant, quò se vertant, aut quomodo è periculo elabi debeant, quo sensu Schindlerus ponit velamen seu operimentum, quod alii porrò per cor obduratum, obstinatum, excæcatum exponunt, ut ita scutì acceptio hic mala sit. Vide plura in notis R. Salomonis. Facilè autem inter se possunt hæc conciliari, quum sint* υπεραλγησια. *Ut enim scutum (verba sunt D. Lucæ Bacmeisteri Senioris) contegit corpus, ita miseriæ & dolores cor circumdant & quasi conclusum gravissimè premunt, ut cum perpetuo pavore & cruciatu luctetur, & nihil aliud, quàm DEum maledicentem audiat & cernat. Pro* תאלתך *LXX. apud quos invenias* μοχθον *& vulgatus Latinus, ubi extat,* laborem tuum, *legisse videntur literis transpositis* תלאתך *à* תלאה *quasi sit ab* אלה, *id est, execratus est, maledixit. Hoc errore indicato non necesse habemus multis cum Castro inquirere, quid per laborem DEI intelligatur (vide eum pluribus hæc explican-*

tem ex ius, qui Latinum interpretem vel Græcos secuti in eodem luto hærent) sed potius primam ejus expositionem sequimur, & cum eo conferimus locum insignem, unde constat, quomodo maledictio sit velut clypeus. Is extat Psalmo 109, 18. 19.

Vers. 60.) Addit tandem, dignos esse eos, nempe præfractè malos corrigiq; nescios, ut prorsus perdantur. Vovet igitur Spiritu DEI plenus ad DEI gloriam, & prædicit illis, 1. omnimodam internecionem, 2 plenariam deletionem. Priori membro significat ereptum iri vitam & substantiam, posteriori omnem gloriam ac memoriam. Persequere eos *supra v. 43.* in ira & perde eos *Psal. 83, 14. 15. 16.* ut ne sint sub cœlo Jehovæ, *ut planè ac plenè cum ipsis omnis ipsorum pereat memoria, Psalm. 49, 12. 13. 18. 21. Tremellius ita sentit. Est amplificatio per antitheſin insolentissimæ hostium arrogantiæ, qui non modo terram, sed ipsum quoque cœlum (cujus aërem vivis omnibus commurem esse naturam docet) sui juris esse confidunt, ac proinde non dubitant bonis eripere, quos hæredes cœli & terræ constituit Dominus.*

השמיד *perdidit, destruxit, abolevit. Hinc Judæis* משמדים *apostatæ, & blasphemè CHRISTI discipulos seu* תלמידים *vocant* תשמידים, *ut notat Schindlerus, quem-*
מתחת *ob locum, Ezech. 34, 16. inspice.* מתחת *de sub, LXX.* ὑπὸ κάτωθεν, *ubi tamen* ם *potest esse negativum ut supra etiam vi-*
שמי יהוה *dimus ex Jon. 4, 3.* שמי יהוה *in constructo seu regiminis statu, quia cœlum est Dei palatium & sedes, & quicquid sub eo, scabellum velut pedum ejus Esa. 66, 1. Psal. 115, 3. 16. Job. 41, 2. unde hoc loco malè vertunt LXX. & vulgatus Latinus in vocativo* κύριε, *Domine, sicut & Munsterus, quod correxit Calvinus, Lutherus & alii plures. Neq; verò planè emphasi id carere existimo, quod h. l. dicitur sub cœlo Jehovæ, siquidem pluralitas perſona-*
Gen. 19, 4. *rum ita indicatur, planè ut Gen. 19, 24. Ut enim ibi Jehovæ genitus fluit à Jehova seu DEO Patre, qui filio dedit omne judicium, Joh. 5, 22. ita h. l. rectè Filius DEI judex totius terræ Gen. 18, 25. dicitur delere malos sub cœlo Jehovæ patris sui, qualia multa*

patri

patri tribuuntur, ut fonti Trinitatis, unde tamen reliquæ personæ non excluduntur, ut alibi prolixè docetur. Malim igitur cum Luthero vertere, unter dem Himmel des HERRN! *quàm cum multis aliis simpliciter ita exponere quasi antecedens tantùm sit pro relativo & dicatur, perde eos sub cœlo tuo, quomodo Photinianis subsidii nonnihil paratur. Confer autem alia vaticinia de excidio hostium populi DEI, Esa. 13, 14. & seqq. Jer. 46. &c. Ezech. 25. &c. quæ etiam eventus tandem comprobavit. Phrasin autem explica ex Exod. 17. vers. 14. Deuteron. 7. v. 24. & 25, 19. & 29, 20. 2. Reg. 14, 27. Conferri possunt ea, quæ habet Drus. l. 1. Miscel. cap. 36.* Cœli Jehovæ.

L. C. Ex vers. 64.) *Prout quis DEum colit ac vitam instituit, ita DEus ei retribuit. Et secundum opus manuum sequitur pœna vel præmium.*

Ex versu 65.) *Ubi est cordis obstinatio, non abest DEI execratio: ubi gravius delictum, ibi Domini maledictum.*

Ex vers. 66.) *Qui perpetrant facinora dira, hos DEus persequitur in maxima ira: Si quis ejus verba spernit, hunc de terra perdit, & qui delectatur malis, deletur sub cœlis & exturbatur ex cœlis.*

Doctrinæ *etiam hæ* in genere *hinc notandæ tractari possunt prolixius I. quæ Ecclesiæ in his terris imago, quæ præ aliis cruci subjicitur. II. quæ consolationum malis tantis opponendarum farrago, quæ desumi debent, à DEI bonitate, veritate, providentia & potentia, à crucis utilitate & brevitate. III. Hinc oriatur Christiana patientia. IV. & vera pœnitentia. V. ardens precatio. VI. Improborum seria aversatio. VII. quantum sit malorum erga bonos odium. VIII. quantum bonorum in se examinandis studium.*

CAPUT QUARTUM.

Argumentum.

DEnuo Jeremias populi ſui mala deflet, & primùm ea, quæ huic obtigerunt, quando urbs & templum evertebantur, horrenda fames graſſabatur, hoſtilisque gladius ſæviebat; adeo ut vix ulla tàm præclaræ civitatis ſupereſſent veſtigia. Deinde cauſas tantæ cladis exponit, nimirum iram DEI exardeſcentis propter peccata, & proinde præter omnium expectationem politiam inſignem exſcindentis, ac propter judæorum obſtinatam vanitatem reſpicientium & confugientium ad auxilia Ægyptiorum aliorumque exterorum populorum. Tertio denique ſolatur tùm ab inimicorum præcipuè Edomæorum, interitu, & ipſorum Judæorum futura liberatione. Non igitur deplorat Jeremias hic tantùm Joſiæ interitum, ſed longè poſt ſecutura mala, nec Judæorum ultimam devaſtationem factam à Vito Veſpaſiano, quæ tamen in multis poteſt conferri cum hac prima.

Verſ.

Vers. 1.) *Mala, stylo poëtico sacro exaggerat Jeremias, quæ à DEO irato immissa Judæis corrigi nesciis, & primò, quod omnes omnium ordinum ea tangant. In statu Ecclesiastico (sicut & omnes pii) deplorant templi destructionem v. 1. in politico, sui suorumq; in captivitatem abductionem & parvo precio factam venditionem v. 2. In œconomico matrum in liberos crudelitatem v. 3. Duo autem erant inprimis in templo Salomonis admiranda 1. ornamentum, cujus pars non minima aurum, quo plenq; obducta. 2. firmamentum siquidem ex lapidibus cæsis affabrè factis & artificiosè politis erat constructum. Propheta quasi ipsum templi locum & nullum ejus ferè restare vestigium intueretur per interrogationem, quæ est admirantis & commiserantis, suam lamentationem incipit:* Quomodo, *inquit,* obscuratum est (*futurum pro præterito sæpe ponitur per enallagen temporum Hebræis frequentem, confer saltem, Hos. 8, 12. & 11, 4. & 13, 11.*) aurum *templi scilicet, quo obducti erant parietes 1. Reg 6, 20. 21. 22. 2. Chron. 33, 4. 5. 7. 8. Quando enim Chaldæi templum ferro & flammis demoliebantur, tum aureus ille templi splendor obscuratus est, & quomodo* mutatum est insigne aurum optimum *ac præstantissimum, Lutherus,* wie ist das feine Gold so heßlich worden/*quomodo item* diffusi *ac dispersi* sunt lapides sanctuarii, *ex quibus ipsum templum constabat quiq; erant affabrè facti, dolati & perpoliti, 1. Reg. 5, 17. 18. & 6, 7.* in capite *seu introitu* omnium platearum *hinc inde per viarum compita. vide supra cap. 2, 11. 12. 19. 21.*

Aurum templi.

ejusque lapides.

יעם *est à R.* עמם, *id est, obtexit, obscuravit ex linguæ Chaldaicæ usu, quia hîc de vastatione à Chaldæis factâ agitur, LXX.* ἀμαυρωθήσεται. *Lutherus,* so gar verdunckelt/ זהב *significat aurum in genere:* כתם *aurum purissimum aut defœcatum, inf. v. 2.* ישנא *ex commutabilitate literarum* א אהוי *est pro* ח *à R.* שנח *mutavit. hoc loco mutavit se, seu suum splendorem, quia materia auri & forma substantialis etiam in igne non modò manet, sed etiam purgatur. LXX. more suo passivè vertunt* ἀλλοιωθήσεται *sensu eodem.* כתם *radix juxta capita concordantiarum Hebræarum (quod etiam suffragio Lexicographorum comprobatur) duas habet significationes 1. notat massam auri, seu vasa inde facta, clinodia, 2. maculavit, signavit. Ex secunda significatione*

עמם

שנה

כתם

hoc

hoc loco vulgatus interpres vertit, optimus color. Tremellius per aurum non illud, quo templum fuit obductum, intelligit sed instrumenta quædam aurea directa ab hostibus, quæ dum illi usibus profanis adhibent, nitorem suum illa velut amittunt. Emanuel Sa cum quibusdam veterum explicat principes, & lapides sanctitatis, sacerdotes & levitas: neutrum satis rectè, ad analogiam scripturæ, hujus loci subjectam materiam si spectes. Templum autem dicitur קדש *sanctitas seu sanctuarium ob DEI sanctissimi præsentiam peculiarem, vide Ps.20,3. & 110, 3. Quod autem hic dicitur de lapidibus templi secundi, Matth.24,4. Luc. 19,44. Pii cum Jeremia non tam templum eversum, quàm simul cultum DEI sublatum esse dolebant.*

Thesaurus cœli.

L. C. I. Quum in terris obscuretur ac mutetur etiam optimum aurum, vide ut colligas tibi in cælis non periturum thesaurum Matth.6,19 20. II. Effundantur lapides templi materialis, nunquam confunduntur veri & vivi lapides templi Spiritualis, Amos 9,9.

Pius deficiens.

Allegoricè hæc accommodantur ad pium, qui desinit esse talis, lapsus in peccata contra conscientiam. Huic perit aurum fidei, lapides spei, quibus nitebatur, illuminatus obtenebratur, constans nutat ac mutatur, qui modo justitia Christi amictus nitescit, jam prolapsus fuligine peccatorum obductus nigrescit.

Vers. 2.) De illis, qui in magistratu fuerant constituti, in precio, honore ac dignitate, narrat quod jam facti sint vilissimi, contumeliis & injuriis omnium expositi, atq; adeo, ut tantò melius utrumq; appareat, collatio instituitur. Filii Sionis, *urbis Jerosolymorum incolæ non omnes quidem, sed nobiles,* εὐγενέστεροι, *inclyti,* היקרים היקרים *illi precioſi, id est, ex usu linguæ sanctæ, precioſissimi & glorioſissimi omnium, quiq; taxandi & æquiparandi erant auro purgatissimo, Heb.* המסלאים *illi æstimati, ex more veterum, qui merces varias, ubi non tantus erat nummorum, quantus hodie, usus, componebant, interque se conferebant & æstimabant (vide Aristotelem 5. Ethic. cap. 4. & 5.) Job. 28, 16. 19.* quomodo reputantur, *jam illi auro contra cariores* pro *vasis seu* lagenis testaceis, *quæ sunt* opus manuum figuli, *nunc tractantur ut vasa fictilia, quæ vilipenduntur & facilè conteruntur, dum*

Æstimatio veterum.

in

in captivitate ad servitia quævis adhibentur & crudeliter tractantur, imò si libeat, occiduntur.

Filii Sion, quod incolas denotent, jam ante est explicatum; illud vero hic notandum, nimis subtilem esse h. l. illam allusionem nominum Hebræorum אבני קודש *v. 1 &* בני ציון *quod filii sint id in familia, quod lapides in ædificio, quod etiam alibi explicatum ad verbum ædificavit metaphoricè acceptum. Illi verò insulsi sunt, qui* בנים *ex* אבנים *derivant per aphæresin & tum demum hoc erit verum, ubi ex lapidibus orientur naturaliter liberi.* יקר *, id est, precios*us*, qui autem talis est, est etiam carus (quod nomen inde videtur factum) & rarus. Confer de hac significatione ultima hos locos, 1. Sam. 3, 1. Prov. 25, 17. Esa. 13, 12. & inde scies, hìc non omnes cives intelligi, sed paucos honoratissimos, qui reliquis præsunt. Græci vertunt* οἱ τίμιοι*, Lutherus* die edlen Kinder Zion. *Hic autem Jesuita à Castro solœcismum insignem committit, dum Hebraicis & Latinis literis scribit (ne putes esse mendum)* אבנים היקרים *cum tamen* אבן *sit fœmininum. Vide hæc conjuncta, 1. Reg. 5, 17. & 7, 9. 10. 11. & 10, 2. 11. 1. Chron. 20, 2. & 29, 2. & præterea quinq*ue *in locis in libro posteriori Chronicorum. Idem discere poterat ex versu præcedente hujus capitis, quod satis innuit constructio.* מסלאים *reddit Chaldæus, qui pulcerrimâ erant formâ similes auro puro. Vulgatus, amicti auro primo, quasi vel ratione formæ vel ornatus conferrentur cum auro: sed melius sentiunt hi, qui credunt id dici, quod fuerint tam pretiosi habiti, ut aurum,* die man möchte mit Gold aufwägen/ נבל *reddit Tremellius ut rem, & putat, esse* κατάχρησιν *quando pro lagena fictili sumitur. Conferantur loca biblica, Esa. 30, 14. Jer. 13, 12. & 48, 12. 1 Sam. 1, 24. & 10, 3. & 25, 18. 2. Sam. 16, 1. unde quis rectius in eam descendet sententiam, non intelligi hoc nomine utrem ex corio, vas pelliceum seu coriaceum, quod dicitur Hebræis* נאד*, sed urceum, urnam, hydriam, testam à figulo fictam, quemadmodum in talibus fictis ex luto vasis in Hispania & Italia vina solent conservari. Non igitur subscribo Schindlero in Lexico, qui* נבל *explicat* נאד העור *quum rectius postea exponat* כד יוצר *cadum figuli, &* מן דחסף *ex Targum. id enim vel hujus unius loci circumstantiæ seu duplex descriptio addita evincit. LXX.* ἐλογίσθησαν εἰς ἀγγεῖα ὀστράκινα ἔργα χειρῶν κεραμέως

בנים
אבנים
יקר

נבל

נאד

Confer 2. Cor. 4, 7. id h. l. innuitur esse completum in vastatione & deportatione hac quod fuerat prædictum ab Esaia c. 30, 14. & adumbratum à Jeremia c. 19, 10. 11. ubi etiam hujus similitudinis explicationem uberiorem habes. Ut enim testæ fictiles 1. non sunt magni precii, 2. facilè confringuntur, 3. non possunt reparari, 4. particulæ relictæ nulli sunt usui. Sic populus Judaicus, & inprimis reges, principes, omnesq; honoratiores postea fuere in nullo precio, facile victi & subjecti, nulla ope humana poterant restitui, neq; sibi, neq; aliis prodesse poterant. Lutherus itaq; satis bene vertit, wie sind sie nun den Erden Töpffen vergleicht.

Similitudo à vasefiglino.

L. C. I. DEUM non impedit ulla vel locorum amœnitas, vel hominum dignitas, quò minus severe tandem ab ipso puniatur impietas. II. Meritò homo cum testa fictili confertur, ratione 1. originis, quæ est ex terra; 2. finis, quia dicitur inservire Domino. 3. infirmitatis, siquidem conteri facile potest, 4. vilitatis, quum sint ferè nullius precii; vide Commentaria in Psal. 2, 9.

Homo testa.

Vers. 3.) Nunc à superioribus ad inferiores ad plebem & statum œconomicum descendit Jeremias, & ostendit tribus versibus, tantam esse omnium rerum penuriam, tantamq; famem & sitim, ut etiam ipsæ matres erga liberos, quos alias tenerrimè diligunt, cogantur esse crudeles, iisq; cibum & potum denegare. Hoc autem versu gemina comparatione exaggerat illam matrum ἀστοργίαν, declarans, quod sint, 1. dissimiles phocarum, 2. similes ululaum, quarum illæ suos catulos lactant, hæ suos pullos crudeliter derelinquunt, & non curant. Et jam phocæ, *animalia illa marina,* exuunt mammam *seu mammas, ut sit enallage numeri, hoc est, per metalepsin, præbent, translatum à mulieribus lactantibus, quæ vestem laxant & mammam educunt, & ita* lactant catulos suos. *Talis quum sit bestia illa irrationalis & fera, in hac omnium rerum difficultate* filia populi mei *facta est* crudelis *(Hebraicè in crudelem, scilicet mutata est vel fuit)* ut ululæ, *quæ degunt* in deserto; *illæ enim quum sibi ipsis ægerrimè, quod edant, inveniant, pullos sæpè negligunt.*

Crudelitas matrum.

Phocæ.

Ululæ.

תנין *h. l. contractè ponitur pro* תנינים תנין *verò generale nomen animalium stupendæ vastitatis, maximè eorum, quæ sunt serpentina specie & natura. Vulgatus interpres vertit lamias,*

quas

quas dicunt esse ferarum genus in Africa, simile draconi. Chaldæus & 70. vertunt, dracones. R. Salomo in h. l. Draco, tametsi crudelis sit, tamen quum videt prolem suam à longinquo venire famelicam, educit sive extrahit ex theca quadam ubera sua (habet enim operimentum super mammas) & educit illa ex thecâ, ne, si inclusa illa videat proles, currat retrorsum. Digna autem sunt, ut huc transscribantur, quæ sunt in notis biblicis Tremellii & Junii. Amplificatio calamitatis gravissimæ à comparatione animantium. Ipsi, Tremellii nota proba. *inquit, vituli marini liberè ad littus accedentes fœtus suos educant mammis, & locum receptus habent, ubi contineant fœtus suos, donec in mare deducantur & assuefiant in eo; hujus verò populi mulieres tantum abest, ut liberos suos lactare possint sine impedimento, ut contra omnibus odio sint (tanquam avibus ululæ) ipse & ipsarum quoq; parvuli, ab omnibus infestentur & ipsæ alendi partus suos commoditate careant. Vox quidem Hebræa latè patet, significans serpentes & reptilia magna, sive terrestria, sive aquatica: sed cum non omnium reptilium sint mammæ, neq; aquaticorum sint ii, quos Propheta vocat catulos, necesse fuit, hunc locum ad phocas, id est, marinos vitulos accommodari, qui à natura sunt quasi amphibii. vide Plin. l. 9. nat. hist. c. 13. Nam draconibus (puto legendum struthionibus, vel simile quid esse substituendum, siquidem Dracones non credo esse volucres) accommodari non potest, cùm volucrium solus vespertilio mammas habeat: serpentium terrestrium nulla species mammata est, & proinde hæc ad marinum istud genus referri debent. Confer quæ dicta sunt Mich. 1, 8. Mal. 1, 3. ita tamen ut ibi dracones ac serpentes ingentes terestres intelligi scias. Filia populi mei* בת עמי *scilicet fuit, est Hebraismus notus, de quo Buxtorf, thes. l. 2. c. 14. reg. 2. Miror itaq; cur verterit Tremellius & Junius propter crudelem nempe inimicum, item cur Munsterus trajiciat* כ *similis est crudeli & struthionibus. Quantò elegantiùs & dilucidiùs Lutherus noster!* Aber die Tochter meines Volcks muß unbarmhertzig seyn/ *& in margine,* sie kan ihre Kinder nicht säugen noch pflegen. welches doch thun die allergrausamsten Thier / denn die Theurung ist zu groß. Lutherus egregiè.

ל

כ

יענים *est à singulari* יען, *& à voce resonante seu clamore horrendo ita avis appellata. Vulgo & hîc, sicut & alibi*

redditur à Græcis στρουθίον seu στρουθὸς à vulgato interprete Latino, struthio, quod etiam certis de causis (quum possit esse nomen commune, ob communem illam rationem, quod ferales aves, ceu strix, bubo valde horrendum clament) Mich. 1, 8. prætuli, neq; hîc omninò abnuo, propterea quod struthio relinquat sua ova, ut hic de matribus relinquentibus & negligentibus suos liberos propheta conqueritur. Astipulatur J. Drusius lib. 2. animadvers. c. 4. quem, si libet, consule. Hoc loco quocunq; modo vertas de comparatione constat, quod sit animal φιλέρημον, suos pullos vel ova deserens. Vide Nicolaum Fullerum in Miscellan. l. 6. c. 8. qui qui putat optimè verti per vocem strix, quæ sit à stridendo dicta: de qua si constat, quod pullos non alat, res liquet. Confer Job. 30, 24. Alii aliter explicant hæc verba. Quidam, quod Jerosolyma sit velut desertum, & qui post vastationem eam incolebant, sint veluti Dracones & struthiones in deserto. Nonnulli, quod filia populi crudeli, scilicet hosti jam tradita non est sui juris, ut possit pro libitu suos infantes curare. Sed hæc malo apud alios videri & inquiri, quam à me tempus illis recensendis frustra teri. Sufficit scire verum, & quantum satis est de aliorum versionibus. Adisis Jesuitæ à Castro Commentarium, ubi citat Aristotelem & alios.

L. C. I. Si Phocæ præbent mammam & lactant catulos, cur multi homines negligunt suos liberos, dum eis de cibo animæ non prospiciunt, in pietate eos non erudiunt?

II. Qui DEum non audit, in promissionibus fidelem, ipse vera mansuetudine carens degenerat in crudelem.

Vers. 4.) Penuria, quæ grassata est in urbe, porrò describitur per ὑποτύπωσιν quandam patheticam, ubi declaratur 1. sitis infantium lactentium, 2. famès puerorum balbutientium. Adhæsit רבק ἐκολλήθη, lingua lactantis sive sugientis teneri palato ipsius præ siti lactis, quo reficiatur, & parvuli, dum non satis bene verba proferunt, ipsis gestibus, ac nutibus petiverunt panem. poscunt sibi dari, quod edant, sed qui impertiretur (Hebraicè, frangeret) nemo fuit eis, atq; ita fame illis fuit pereundum miserrimè.

רבק

De verbo רבק ejusq; emphasi vide Exercit. edit. 3 pag. 40. de nomine עוללים vide in Psal. 9, pag. 185. לחם quod omnis generis

generis cibos denotat, supra fuit explicatum. פרש *est* ש *pro* ס *à* R. פרס *quæ notat fregit, & per metalepsin, divisit. Confer Esa. 58, 7. Jer. 16, 7. vide quæ dicta sunt in Amos 8, 5. p. 159. siquidem hæc observatio usum quendam habet in controversia de panis fragio, ubi nota quod h. l. Tremellius & Junius* partiatur, *vertant, Piscator,* impertiretur, *atq; ita Calviniani eam, quem urgemus significationem, agnoscant. Quædam vide etiam apud Drus. l. 2. animadvers. cap. 50.* פרס

L. C. I. Peccata parentum in externis malis sæpe luunt liberi Exod. 20, 5. & quum illi ebrietati fuere dediti, hi coguntur tabescere siti.

II. Vide quanta sit peccati atrocitas, qua avertitur illa Dei bonitas, quà pullis corvorum derelictis subvenit, attrahitur illa severitas, ut cum malis patribus ac matribus fame pereat innoxia ætas. Per anagogen hæc ad famem & sitim spiritualem accommodentur, Amos 8, 11.

Vers. 5.) Non est dubium, quin etiam Judæi ditiores (ut alias fieri amat) delicatores cibos coëmerint, iisq; se differserint, & postea in lectos molles ac stragulis preciosis ornatos se reclinaverint, (quemadmodum etiam alibi hîc luxus reprehenditur, vide quæ dicta sunt in Amos, 5 6. 4.) & inprimis suos teneros liberos delicatissimè & mollissimè eduxerint: Ubiq; autem huic luxuriæ opponitur duplex inopia 1. ciborum, 2. lectorum, ut ita ditiores etiam νηστεία *&* ἀγρυπνία *pereant. Nam qui* comedebant *edulia* suavissima, *& delicias seu vescebantur cibis delicatissimis, non modo fruebantur* τρυφῇ *sed & τρυφῇ, illi opulentissimi in hac rerum summa difficultate* desolati sunt *seu interierunt fame* per vicos *seu in plateis, qui antea domos incolebant splendidissimas, & qui antea* educabantur super coccino, *enutriebantur super serico, in lectis collocabantur mollissimis & sumtuosissimis, nunc corruunt super stercus, non tantum luto inquinati & in eo præ angustia volutati à Chaldæis in plateas projecti, verum etiam ut cariora & gratiora,* amplexantur stercora, *tùm ut in iis præ inopia victum quæritent, tum ut in iis mollius, quam in saxis ipsis recubent, quæ sanè est maxima famis & miseriæ exaggeratio, neq; etiam ditioribus tantum esse, quo cibum comparent, vel quo caput reclinent. Lutherus hunc versum dilucidè*

cidè explicat. Die vorhin das Niedlichste assen / verschmachten itzt auf den Gassen/ die vorhin in Seiden erzogen sind / die müssen itzo im Koth liegen.

In למערנים *Dageſch notat abundantiam, convenienter naturæ (ut enim illi abundabant deliciis, ſic hæc vox punctis) &* ל *ponitur pro* את *ut aliàs ſæpe. vide Buxtorf. in theſ. cum AbenEſra hoc ita explicare, qui edebant ut deliciarentur, quamvis ſenſus non multum diſcrepet, ſimplicius Targum exponit, qui comedebant delicatiſſima, & Græci* οἱ ἐσθίοντες τὰς τρυφὰς. שמם *h.l. de hominibus uſurpatur, quod aliàs urbibus tribui ſolet, nec male, ſiquidem divitis alicujus domus eſt inſtar cujusdem pagi ſeu oppidi, & proinde ut hoc, ita & ipſe deſolari ac devaſtari videtur, quum ad incitas redigitur. De vocis* תולע *cognata voce vide quædam in Pſ. 22,7.* אשפת *notat ſterquilinium quod Kimchi in notis biblicis & Michlol reducit ad R.* פשח *quæ in lingua Chaldaica ſignificat conterere, conculcare. Solent enim pauperes quandoque in fimeto (quod alii conterunt) jacere, ut in frigore incaleſcant.*

ל pro את

שמם

אשפת

L. C. I. Qui ad luxum abutuntur ciborum copia, tandem omnium rerum premuntur inopia, & qui antea nimis luxuriebantur, poſtea cum fame conflictantur.

II. Qui ex ſuperbia veſtiuntur purpurâ, quandoq; ex Dei judicio coguntur amplecti ſtercora.

Etiam hæc ad eos poſſunt accommodari, qui ſacræ ſcripturæ ſpretis deliciis volunt occupari in humanis ſomniis, quique rejectâ Chriſti purpurâ amplectuntur ſuorum meritorum ſtercora, Phil. 3, 8.

Verſ. 6.) Hactenus *maximam partem ſimpliciter & per ſe expoſuit mala, quæ Judæi ſunt perpeſſi: nunc porrò eadem exaggerat per comparationem, ſiquidem confert hanc everſionem Jeroſolymæ, totiusq; terræ ſanctæ vaſtationem cum ſubverſione Sodomæ, illamq; hâc eſſe majorem declarat 1. ex mali diuturnitate, 2. hoſtium crudelitate.* Et major eſt pœna *iniquitatis, (& quia apud DEum nulla eſt injuſtitia, hæc puta iniquitas etiam peccato Sodomitarum major fuit, quod pluribus explicatur, Ezech. 16, 46. 47. 48. &c. hîc autem ex conſequenti facilè colligitur, quomodo interpretationes diverſæ hîc conciliantur, ubi illa ex omnibus mihi arridet: Augetur iniquitas,*

Subverſio Sodomæ.

quitas, quia ibi prophetæ frustra sunt concionati plurimi, imò multi occisi Matth. 23,34.37. hîc præter Lothum nulli. Confer Matth. 11, 23.24. huc Chaldæus respicit in suâ versione, qui per manum intelligit prophetiam, quando reddit: non habitarunt in ea prophetæ, qui prophetarent, ut reducerent illam ad pœnitentiam.) filiæ populi mei supplicio Sodomæ, *de quo legere est Gen. 19.* illius quæ subversa fuit, quasi in momento *uno*, & ita ut non manerent in ea manus. *Non enim Sodoma fuit multis malis in obsidione vel in exilio diu excarnificata, ut Jerosolyma, nec ab hostibus injustis sed DEo ipso perdita. Pœna autem quò brevior, eo magis tolerabilis, & vindicta DEI, quàm hominum justior.*

עון חטאת *& עון חטאת quod non modò peccatum & iniquitatem, sed etiam supplicium & pœnam notent, jam antea in hoc libro, & alibi vidimus. Quod verò hîc in posteriori significatione, (quæ tamen præsupponit) sint accipienda, patet ex sequenti verbo* הפך, *quod de simbili excidio Sodomæ hinc inde usurpatur Gen. 19,21.25,29. Deut. 29,23. Esa. 13,19. Jer. 49,18. & 50,40. Amos 4,11. De voce* רגע *vide in Psal. 6, v. 11. pag. 139. Sequens autem ultimum membrum variè quidem explicatur: omnes tamen expositiones huc deniq; redeunt, quod non diu sit Sodoma hostili manu seu exercitu obsessa aut fatigata, nec manu, vi aut potentia hostium capta, nec incolæ postea sub manu victorum detenti & excruciati.* חול *quandoq; manere significat, vide Hos. 11,7.* יד *autem etiam denotat vim, potentiam, plagam, quod docent lexicographi. Inspice, quæ habet Drus. in Miscell. cent. 1. c. 8. & quæ in Commentario Jesuitæ de Castro, & Calvini.*

חול יד

L. C. I. Ut flagitiorum, sic & suppliciorum gradus sunt, & ut creverunt delicta, sic etiam gravior pœna malis inflicta; Ut igitur crimina sunt varia, ita etiam mala pœnæ non sunt paria.

II. Si tanta propter impœnitentiam regna eversa sunt in momento, vide ut per fidem adhæreas peccatorum placamento, Rom. 3, 25. & qui non vis perdi extemplo, disce piè vivere statuto exemplo.

Vers. 7.) Quæ hucusq; dixit Propheta de magna miseria concernente & perdente omnium ordinum homines, eadem repetit,

Tres status.

petit, & de iis, qui fuerunt in statu Ecclesiastico potissimum agit v. 7. & 8. de iis, qui in politico vixerunt, v. 6. & de œconomico v. 10. in hoc autem versu septimo est quædam amplificatio per comparationes quatuor hyperbolicas insignes, quibus declaratur quales fuerint. Unde tamen per contrarium, quales jam sint Nesiræi facilè est colligere, id quod versu sequenti dilucidè exponitur. Nesiræi ejus populi mei, illi peculiariter DEO dicati & à reliquis separati voto, certis ritibus ac legibus (de quibus vide Num. 6. à vers. 1. usq; ad 22. & exempla extant quædam Jud. 13, 5. & 16, 17. 1. Sam. 1, 11. Luc. 1, 15.) illi qui DEO longè carissimi esse videbantur, & honoratiores erant ac dignitate excellentes (quomodo usurpatur, Gen. 49, 26. de Joseph duce politico, confer Deut. 33, 16.) illi quum sobrietati studerent, DEO benedicente (confer Dan. 1, 12. 13 15. & videbis vanam esse rationem Piscatoris, quâ vult evincere, hîc non intelligi sacros illos, sed politicos quosq; potentes ac divites, qui delicatâ victus ratione tantam sibi acquisierint pulchritudinem, quod plerumq; ipsa quoq; experientia refutat) erant puriores seu candidiores nive, nitidiores lacte, rubebant corpore magis quàm carbunculi seu lapides precioſi, Lutherus, Ihre Gestalt war röthlicher denn Corallen/ ut sapphirus polities eorum, Luther. Ihr Ansehen wie Saphir.

Nesiræi.

Hyperboles.

נזיר

Nugæ Rabinorum.

Primum notetur elegans παρονομασία in verbis זכו & נזיר צחו separatus, abstinebat 1. à vino omniq; potu vel re inebriante, seu ab omni, quod exit è vite, 2. tonsione comæ, 3. ab immundo seu cadavere. Magistri tempus hoc 30. diebus definiverunt, tum quia Absolon (quod tamen verum non est, quum singulis annis tantùm cumverit tonderi capillos, 2. Sam. 14 26.) trigesimo die cæsariem præcidebat, tàm quia dictio יהיו Num. 6, 5. triginta continet in numeris.

Auditum admissi risum teneatis amici.

Hinc volunt quidam explicare locum Actor. 21, 23 24. 26. 27. Vide commentatores. Bezam in notis & Schindlerum in Lexico columna 1101. 1002. Confer ea, quæ dicta sunt in Amos 2 11. & quæ leguntur, 1. Mach. 3, 49 50. Act. 18, 18. Quod autem quidam dicunt Nesiræos abstinuisse à fœminis, falsum esse, patet exemplo Samuelis, 1. Sam. 8. inspice, quæ habet Bellarmin. l. 2. de Monachis c. 5. Comparationes

nes

nes autem sequentes quædam non sunt in sacris infrequentes, pri- Compa-
ma de nive, Exod. 4,6. Num. 12,10. 2. Reg. 5,27. ubi in malum ad- ratio
hibetur comparatio, quia de lepra fit sermo. In bonum autem quod à nive
propius huc quadrat Job. 9,10. Psal. 51,9. Esa. 1,18. Secunda de la- lacte
cte reperitur, Gen. 49,12. Tertia de פנינים (Nam de significa- פנינים
tione seu potius varia vocis interpretatione quædam paulò post ad-
dam) extat Job. 28,28. Prov. 3,15. & 31,10. Quarta & ultima
de Sapphiro Cant. 5,14. Confer. Ez. 1, 26. & 10,1. Hisce explicatis redi- Sapphiro.
mus ad superiora, addituri de Nesiræis & voce פנינים. Illa au- Nesiræi.
tem desumemus potissimum ex D. Abrahami Sculteti Exercit Evangel.
l. 1. c. 60. pag. 153. 154. & Drusii locis difficilibus Pentateuchi pag. 151.
& 152. & 364. 365. Summa est Christum Nazarenum seu, ut
est in textu, Ναζαρηνον dici Matth. 2, 23. non quod esset נזיר aut Sim- Eorum
sonis antitypus Jud. 13, 5. sed ab urbe Nazareth, & quod esset נצר votum.
de quo Esa. 11,1. votum autem Nasiræi esse duplex, vel perpetuum ad
vitam, vel temporale seu certorum dierum. פנינים in capitibus פנינים
concordantiarum Hebraicarum, וחוא שם אבן טובה,
etiam hoc nomen est lapidis pretiosi, cjus (addit Reuchlinus) qui ad ab-
ditissima reconditur loca. Plerique putant esse carbunculum. Pot-
est fieri, sicut in multis aliis herbarum, arborum, aromatum, gem-
marum nominibus contingere novimus, ut hodie in his locis ipsam
speciem vel non habeamus vel ignoremus. Quia tamen constat, esse
lapidem, non facilè verterim per nomen Margaritæ, vel coralli, quæ
quidem duritiem quandam habent, num verò propriè sic dicti sint la-
pides, inquirant physici. Corallum etiam rubet, quod hoc loco asse-
ritur de פנינים, margaritas autem rubicundas quis vidit? sed
hæc leviora: id autem nullo modo ferendum, quod Jesuita de Castro
putet, homines esse adeo bardos ac stolidos, ut sibi persuaderi patian-
tur, rectè versum esse textum Hebræum ebore antiquo, ubi in ipsa
versione dignus vindice nodus, rubicundiores ebore, quum ebur sit vel
album vel nigrum, ut notant alii, etiam noster hic ex Theophrasto
apud Plin. l. 36. cap. 18. Et si est, hoc quicquid est, lapis pretiosus,
ebur non est, quæ distinguuntur Ezech. 27, 15. 22. (in quem locum
vide Commentatores) Deinde עצם nunquam notat ebur: hoc עצם
autem loco per synedochen os pro toto corpore ponitur, (vide versum

sequentem;) ut ipse Jesuita annotat, & R. D. Kimchi olim scripsit כלומר שעצמם אדום יותר מפנינים, *q. d quod corpus illorum est rubricundum magis, quam carbunculi. de ebore tincto quod explicet, nihil est, siquidem reliqua membra comparationis omnia non sunt à rebus arte factis, sed natura suâ pulchris, & porrò, quæ hæc est consequentia? Gentes quædam ebur tinxerunt, idq; probant poëtæ, E.* עצם *notat ebur tinctum: qualis item hæc? antiquum alicubi apud autores legitur, ut significet idem quod preciosum, charum, E.* פנינים *significat antiquum.* Ἀσυλλογιστία *tanta, qualem non ferrent in suis discipulis Jesuitæ, qui prima elementa Logicæ perceperunt. Plura apud eum videantur, ex quibus quæ vera, sunt* ἀπροσδιόνυσα *omnia, quum probandum, quod* עצם *notet ebur &* פנירים *antiquum.* ספיר גזרתם *De ultima phrasi Hebræa* ספיר גזרתם *litigant interpretes, quarum sententias magnam partem collegit idem Jesuita & alii, qui concludit benè, R. D. Kimchi sententiam esse verissimam:* Sapphirus excisio eorum, *hoc est, ac si essent excisi ex Sapphiro ob multam puritatem. Cave tamen existimes esse in locis à Jesuita ibidem allegatis idem vocabulum Hebræum; siquidem Job. 33,6. extat non* נגזרתי *sed* קרצתי *& Esa. 51, 1.* חצבתם *Rom 11,24.* ἐξεκόπης *hîc apud LXX.* τὸ ἀπόπτασμα αὐτῶν, *ubi duo errata in plerisq; libris, pro* ἐπιρώθησαν, *supponit Jesuita noster* ἐπυῤῥώθησαν, *quod num sit Græcum, fateor me ignorare. Deinde ubi legimus vel* ὑπὲρ λίθον λιθου *(variant enim exemplaria) additâ literâ fit* λίθος, *quomodo ad textum Hebræum quam proximè accedit hæc interpretatio, nostramq; sententiam suprà allatam confirmat. Ubi quando scribit de Castro,* textui Hebræo congruentius *ita legi, sua priora omnia hâc unâ delet liturâ, sed nimis diu his immoramur: in facilioribus igitur deinceps expeditius progrediemur: & proinde etiam locos doctrinæ hujus versus cum sequentibus conjungemus, siquidem nondum hic est absoluta cœpta* αἰτίθεσις.

Vers 8.) Pulchritudini priori hactenus quatuor similibus declaratæ opponitur summa deformitas ex miseria orta, quæ apparet non modò in facie, sed omni cute & corpore, quæ exaruerunt præ macie. Verum quantum nunc mutati sunt ab illis formosulis! Obscurata est ex nigredine forma *ac pulchritudo* eorum, *facie*

faciè luridâ visuntur famelici, & vix ossibus hærentes, & hinc non agnoscuntur in plateis *sub ipso dio & cœlo sereno, tantopere est forma externa mutata, Job. 2, 12.* adhæsit cutis eorum ossibus ipsorum, *imò hoc* aruit, & factum est quasi lignum, *sunt exsangues, cute præ macie obdurata & medullâ ex ipsis ossibus exhaustâ, quid multis? facies & species eorum cadaverosa, cutis flaccida, arida, marcida. confer infra cap. 5, 10. ossa planè frigida & rigida.*

מ *in* משחור *hîc etiam comparative reddunt LXX. Vulgatus Latinus & Munsterus, ut ita in hoc opposito membro etiam sic hyberbole. Rythmus quidam est in hisce* עצמם עורם תארם, *quædam allusio in vocibus* עצם *&* עץ. *Cur ultimum comma malim ad os quam cutem referre, in causa est ipsa similitudinis ratio, quæ ita melius quadrat, & loci non absimilis consideratio, Ps. 102, 4. Ita etiam Lutherus vertit:* Ihr Haut hanget an den Beinen/und (diese) sind so dürre als ein Scheit.

L. C. I. Qui benedicente DEO sunt quavis re pulchriores, ipso maledicente redduntur omnibus aliis fœdiores & horridiores Psal. 6, 3. 8. & 38, 5. 6. 7. 8. quando enim aliquem reprehendit & punit ob peccatum abominabile, dissolvitur sicut tinea, quod ineat ei desiderabile, Psalm. 39, 12. Dicendum hoc superbo ob pulchritudinem, quia DEUS eam potest facile commutare in deformitatem Es. 3. Ob peccatum perit pulchritudo.

II. Quia sæpe ordinis Ecclesiastici negligentiâ reliqui corrumpuntur, in illo qui vivunt, præ aliis puniuntur Jer. 23, Ezech. 3, 13. & 33. & contrà, si sedulo faciunt officium, majus in cœlis reportant præmium, Dan. 12, 3. Præcones verbi.

III. Quando ipsa scriptura sacra adhibet hyperbolen, docentur loqui verbi divini præcones, juxta receptam consuetudinem. Vide elegantem locum apud Senecam l. 7 de beneficiis c. 22, 23. Nunc hæc pauca exempla notamus, quæ huc proprie spectant, 2. Sam. 1, 23. aquilis velociores, vide infra vers. 19. Jer. 4, 13. leonibus fortiores Job. 6, 3. arena maris gravior, Jer. 15, 8. arenâ numerosiores &c. Allegoricè hæc possunt accommodari iis, qui de pane vitæ fide comedunt Joh. 6. & à sacrarum literarum delitiis nunquam absedunt, Psal. 1, 2. illi enim olim in nova Jerosolyma erunt carbunculis rubicundio- Hyperbole. Scripturæ studium.

Neglectus. cundiores, Saphiris lucidiores, Apoc. 21, 1. 19. &c. Contrà qui fame spirituali sua culpa laborant, Amos 8, 11. in tenebris infernalibus tandem erunt carbone nigriores, & ligno sicciores, Matth. 3, 10, 12. Joh. 15, 6. Luc. 16. v. 14.

Fames. Vers. 9.) De illis, qui fuerant potentes & divites in populo Judaico supra v. 2. & 5. dixit, quod abducti in captivitatem similes facti fuerint vilissimis mancipiis & famelicis mendicis. Horum itaq; miseriam hoc versu inprimis exponit. Cum enim tales, si moriendum sit violentâ morte, maximè eligant in acie cadere, maximè autem horreant genus mortis, quo fame pereundum, his certe nihil fuit miserius, quibus non contingit 1. ab hoste in acie subitò enecari, sed 2. longâ fame cruciari, feliciores sunt qui gladio corruerunt, quam qui fame interierunt. Beatiores sunt confossi gladio,

Quid enim? concurritur, horæ
Momento, cita mors venit,

quàm confossi fame: *ratio est, quia illi non diu torquentur, hi longo temporis tractu excarnificantur*, quia hi diffluunt transfixi, *animo & corpore non secus cruciati, quàm si aliquot cultri vel gladii essent ipsis infixi*, propter proventus agri, *hoc est, ob defectum proventuum agri.*

מ מחוסר תנובות שדי *ut Kimchi explicat, quemamodum similiter* מ *usurpatur, Psal. 109, 24. quomodo sensum respiciens bene reddidit hunc locum ex contrario vulgatus interpres, sterilitate terræ: melius Lutherus,* die verschmachten und erstochen wurden von Mangel der Früchten des Ackers.

טוב טוב, *ut dictum est antea, latè patet apud Hebræos & omnes boni species comprehendit, utilitatis, honestatis, voluptatis, felicitatis, formæ & decoris, nec non & divitiarum, ut in hunc locum scribit Kyberus. De felicitate habes exemplum elegans Psalm. 128, 2. Aliqua quamvis exigua, similitudo est verborum* רעב & חרב: *major insequentiam vocabulorum* נוב & זוב *radicibus, quæ quantum conveniunt literis, tantum conveniunt significatione. Tremellius & Junius posterius membrum prioris saltem esse explicationem existimant, & hic quoque figuram illam prophetis solennem*

nem occurre ἓν ἀφὰ δύο, quum vertunt: (quomodo) melius habent confossi gladio, quàm confossi fame, (melius) qui profluunt transfixi, quàm destituti proventibus agrorum, sed particula in מהמה eos refutat. De significatione particulæ מ quæ hoc loco est privativa (confer quæ dicta sunt Jon. 4, 3.) dixi jam superiùs. Calvinus solus putat id innui, quod ab ipsis ægrorum proventibus, seu cibis, quibus aliàs, si Dei benedictio accedat sustentantur, fuerint strangulati & velut profossi, ex Dei maledictione, quæ sanè esse magna pœna: Verùm quod non fuerit iis cibus, jam ante aliquoties fuit probatum, ideoque non ἓν ἀφὰ δύο. privat מ. Calvinus.

Magnas iter opes inopes mala fata subibant.

Sed id huc quadrat, quod extat apud Homerum, Odyss. μ.

Παύτες μὲν συγεροὶ ϑάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ ἢ οἴκτιστον ϑανέειν καὶ πίτμον ϑπασσᾶν.

L. C. I. Ex ipsis pœnis publicis, quas vulgò vocamus Land-Straffen/ una alterâ gravior est certo respectu, quod & David suo exemplo declarat. Vide Martinum Bohemum in tractatu Germanico, von den dreyen grossen Land-Plagen/ concione 23. Pœnæ publicæ.

II. Fames ex DEI justitiâ immittitur ob maxima hominum maleficia, Lev. 26, 20. 26. Deut. 28, 18. 51. 52. Amos 4, 6. Hag. 1, 6. 10 Ubi enim non amatur verbi divini veritas, ibi est bonorum raritas, ibi non potest non sequi rerum omnium caritas, Jer. 19, 9. Ezech. 5, 16.

Vers. 10.) Hoc autem maximè exaggerat famis atrocitatem, quod jam subjicit propheta, nimirum quod matres suos ipsorum liberos 1. cum immanitate summa interfectos coxerint. 2. velut cibum delicatum comederint. Manus mulierum alioqui misericordiam, φιλοτέκνων & natura ad misericordiam proniorum interfecerunt & coxerunt natos seu liberos ipsarum, & hi cocti fuerunt ipsis in cibum delicatum, quo se velut ægræ & languidæ optimè reficerent, in contritione filiæ populi mei, dum illa, quam tenerrimè antea habebat ceu filiam, à DEO planè conteretur, quod factum, quando omnia vastabantur & abducebantur, Liberi cocti à matribus.

Maxima est hæc exaggeratio horrendæ & incredibilis famis, in quâ non modo 1. carnem humanam, sed 2. & ex se ortam. 3. matres ipsæ 4. in cibum parârunt 5. comederunt, quum feræ non sæviant nisi in dispar genus &c. Quoties autem tanta fames de Judæis annotetur, suprà vidimus cap. 2, 20. Singula autem verba Hebræa sunt emphatica, sed plerag; superius declarata.

בשל *est à* רחם *vid. cap. 3, 22.* בשל *significat coxit, eousq; ut nulla superesset cruditas, quomodo de rebus, quæ adjustam maturitatem perveniunt, velut fructibus, usurpatur, Gen. 40, 10.*

ברה *Confer Joël 3, 13.* ברות *est a. R.* ברה *reficicit se pastu, dum ex multis, quod erat optimum, selegit, id quod solet fieri potissimum, quando quis ægrotat vel tristitiæ se dedit. Confer 2. Sam. 3, 35. & 12, 17. & 13, 5.6.7.10.*

L. C. I. Qui Deo nolunt credere, coguntur quandoq; abominanda comedere, ac qui cibis ac donis DEI sæpè abutuntur, his nonnunquam necessaria tolluntur.

II. Quò plura beneficia DEus in populum aliquem contulit, eo gravius illum, quando ingratus est & rebellis, punit.

Maxima calamitas. *Vers. 11.) Quæ in superioribus versibus dicta sunt, id utiq; demonstrant fuisse calamitatem maximam, quâ affecti sunt Judæi, sed fieri aliter nequit, quin, quando homines mensuram iniquitatis compleverunt, etiam DEus iræ suæ laxet habenas.* Impietas. *Quia enim antea Judæi multis sceleribus se contaminaverunt vers. 13, 14. 15. & adhuc fiduciam suam ponunt in homine v. 17. Deus effundens æstum iræ suæ v. 11. 16. præter omnium exspectationem omnes gravissimis ærumnis afficit v. 12 & 16. In hoc autem versu indicatur magnitudo, 1. iræ divinæ 2. urbis ruinæ.* Consummavit Jehova excandescentiam suam, *nunc omnem vim furoris sui voluit ostendere,* dum effudit æstum iræ suæ, *supra c. 2. 4. 5.* Accendit *ipse* ignem in Sione, qui exedit fundamenta ejus. *Non enim potuissent Chaldæi igne penitus delere, nisi DEus ipse affuisset eis.*

Maximam partem hæc superiùs sunt explicata. Radix כלה *extat c. 2, 11. 12. & 3, 22.* חמר & שפך *supr. 2, 4. & hoc ibid. v. 19.* חרון & אף *c. 1, 12. & 2, 3. & hoc c. 2, 2. 6. 21. 22.* אכל *in metaphorica significatione pro consumsit legitur c. 2. 3. Sunt autem*

tria

tria Synonyma in hoc uno versu, quæ iram vehementen denotant יצת *est à R.* יצת *quod imitatur in conjugatione verba Penun. in cal. notat succendi, exuri, conflagrare: in Hiphil, in qua conjugatione h.l. extat, accendere, comburere. Constructio autem hæc, succendit ignem in Sione pro succendit igne Sionem, reperitur Amos 1, 14. Ezech. 21, 3. Jer. 50 32. & 49, 27. & 43, 12. & alibi.* Synonyma. יצה

L. C. I. Quando peccata peccatis accumulantur, pœnæ divinæ aggravantur & exasperantur, quando moniti non agunt pœnitentiam, ipse DEus justus judex effundit omnem suam excandescentiam.

II. Ubi multa visuntur peccatorum inquinamenta, non consistunt murorum, propugnaculorum, aut domorum fundamenta. Ut enim ista omnia firmat, & stabilit pietas, sic omnia versat & diruit impietas.

Vers. 12) Divinitus planè esse Jerosolymam eversam demonstrat 1. ex aliorum regum de eâ existimatione, 2. ex ipsius urbis munitione. Non credidissent *hoc* reges terræ *seu vicini magnates, nunquam hoc sibi passi essent persuaderi, quum hactenus adeo fuerit illa urbs invicta, ut aliquot regum obsidionem fortiter toleraverit, & ipsi cum dedecore & damno sint coacti retrocedere, quidam etiam magna exercitus parte amissâ, non itaq; putabant unquam posse fieri, ut Nebucadnezar eâ potiatur, imò non credidissent id* omnes habitatores orbis habitabilis (תבל, *Græci benè* οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην) *ingressurum & occupaturum esse* hostem ac inimicum portas, *propugnacula ad munitiones Jerosolymæ, easq; pro libitu demoliturum.*

מלכי ארץ. *sunt in interpretibus, qui hoc non de regibus Gentium vicinis Judææ, sed de ipsis Judæorum regibus accipiunt, & per orbem habitabilem Judæam, siquidem neq; hi putabant fore, ut in hostium potestatem veniret hæc tam potens & communita civitas. Prius tamen simplicius esse videtur, Confer 2. Chron. 9, 22. Psal. 2, 2. & 76, 13. & 89, 28. Apoc. 18, 3.* בוא *cum* ב *constructum sæpè notat hostili animo advenire & intrare. Vide quæ allata sunt in Hos. 11, versic. 9. de* צר & אויב *& antea & alibi actum, sicut etiam de portis, quod fuerint quondam curiæ & & munitiones.* Reges terræ. בוא cum

L. C.

L. C. I. Cum regna probè constabilita nullam pietatis habent rationem, perduntur præter omnium expectationem.

II. Quando non curatur DEI paterna visitatio, metuenda est & sequitur hostium externorum irruptio.

Vers. 13.) Nam horrendi excidii causa sunt peccata, eaq; maximam partem orta ex iis, qui debebant reliquis esse ad pietatem duces, quales sunt prophetæ, ac sacerdotes, de quibus, quum adeo pravi sint, verè dicas, quod isti animarum medici magni sint venefici, nicht Seelen-Sorger / sondern Seelen-Würger. *Hîc autem illi præsides rei peraguntur 1 Improbitatis. 2. Crudelitatis. Quæris enim qui factum, quod DEus tantum ignem accenderit, & tam horribiliter urbem sanctam vastaverit? scito, quod omnes degenerarint, qui eam regebant & incolebant, inprimis in culpa sunt Pseudoprophetæ, & muti canes in statu Ecclesiastico, qui debebant greges malos rectos habere ad ingenium bonum, sed illi ad deteriorem partem applicuerunt eos, incitarunt contra recte monentes, imò sæpè eò rem deduxerunt, ut qui quæ à magnatibus & vulgo perpetrabantur scelera, reprehendere auderent, è vita velut turbatores pacis publicæ tollerentur. Sic enim ferè explicat hunc versum Chaldæus interpres. Respondit justitia DEI, & sic dixit: Non venit hoc omnè, nisi propter culpam prophetarum ejus, qui prophetant illi prophetiam falsam & propter perversitatem ac iniquitatem sacerdotum ejus, qui adoleverunt incensum aromaticum idolis suis, & illi in causa fuerunt, quod in medio ejus effusus est sanguis innocentum. Non credebant quidem alii, fore ut Jerosolyma everteretur funditus, sed tamen hoc factum est* propter peccata prophetarum, *non DEI, sed* ejus urbis *propter iniquitates* sacerdotum ejus, *quos ipsa constituebat, ac in precio habebat, qui, si quis aliquid contra mutiret,* effundebant in medio ejus *urbis* sanguinem justorum, *prophetarum verorum pseudoprophetis obsistentium, justitiæ cultorum & injustitiæ tùm vulgò grassantis osorum ac reprehensorum, per magistratum curabant tales è medio tollendos. Sic Lutherus noster vertit satis dilucidè. Per synecdochen autem una hæc ultima species nominata alia scelera complectitur.*

Pseudoprophetæ

Chaldæus interpres.

Boni præcones tolluntur.

מ *h. l. notat propter, & in sequenti membro* מתוכה *repetendum, ubi & rythmus notandus* כהניה בקרבה נביאיה.

autem

autem ante participia sæpe relativi vicè fungitur. Reliqua sunt & levia & superius explicata. Conferantur autem loca biblica, unde hic versus prolixe potest explicari 2. Chron. 36, 14. 2. Reg. 21, 16. & 24, 2. 3. 5. 11. & 25. 2. Jer. 7, 6. & 20, 1. 2. & 22, 3. & 23, 11. & 26, 8. & 32, 2. & 37, 15. & 38, 14. & 43, 2. Matth. 23, 34. ה ante participia

L. C. I. Plus nocent Ecclesiæ mali pastores quàm hæretici impostores, plures perdunt illi sua negligentia & conniventiâ, quàm hi suâ virulentiâ.

II. Cædes innocentum meretur & sortietur excidium cruentum, & quando Diabolus magnis ad magna scelera abutitur, politia certissimam ruinam molitur. Ubi enim caput valde dolet, nullum membrum rectè valet. Peccata magnatũ.

Vers. 14.) Eorum hominum malorum declaratur 1. Spiritualis cæcitas 2. legalis impuritas. Vagati sunt *Judæi, qui vivebant Jerosolymæ*, velut cæci, *qui neq; verum à Deo præmonstratum, neq; exitum sibi inde paratum vident aut perspiciunt*, per plateas *hinc inde* polluti *& contaminati* fuerunt sanguine *à se effuso, & quia passim hoc fit, fere nullus est angulus, ubi non visatur illa immundities, quâ pro more & lege illius temporis contaminabantur*, propterea *quod* non potuerunt *aliqui surgere, ambulare vel incedere alicubi, quin* contingerent vestes eorum *qui effudérant sanguinem, ex quo contactu & ipsi polluebantur legaliter. Hic sensus horum verborum ob antecedentia & sequentia videtur esse simplicissimus.*

Primùm hîc denuo occurrit ellipsis particulæ כ *seu similitudinis, ut supra c. 3, 9. 10. 44. infra c. 5, 3. Obadj. v. 15. Vide Emanuelis Sa primum biblicum indicem de phrasibus scripturæ in voce*, Velut. כ deficit.

Verbum Hebræum נגאלו *est compositum ex duabus conjugationibus, Niphal & Pual, quod etiam notat Aben Esra. Vide autem de talibus Cevallerium tract. 2. c. 6. Junium lib. 2. Gram. Hebr. c. 19. & rectè sentiunt, qui putant talem compositionem emphaseos ergò fieri, quod & alibi est ostensum.* נגאלו

Verbum יכל *sæpè elliptice occurrit; Exempla etiam alibi notata sunt, nunc inspiciantur Ps. 101, 5. Es. 1, 13. 1. Cor. 3, 2. Id enim puto esse rectius, quàm si dicamus notare idem quod* כולכל *seu* כלכל *uti scribit Schindlerus.* יכל

עירים *more suo LXX. videntur legisse* עירים *vel* עירים

עורים siquidem vertunt οἱ ἐχρήγορσι. R. Salomo ita interpretatur. Quum ambularent cæci in foro, commovebantur, & pedes illorum polluebantur sanguine interfectorum, quos impii occiderant in medio civitatis. Ita ergo polluebantur, ut, qui vellent ipsos accedere, non possent contingere vestimenta illorum, quare acclamabant illis, recedite à nobis. Aben Esra ita sentit. Vivi, qui è cæde piorum supererant, movebantur in plateis sicut cæci, & polluebantur sanguine cadaverum, ita ut non possent attingere vestimenta illorum, qui eos accedere voluissent. Pleraque hæc etiam habet Kyberus. Quidam ita prius membrum exponunt. Vagati sunt ipsi cæci, qui tales non corpore, sed animo & spiritu. Es. 42. vers. 18. 19.

L. C. I. Qui lucem verbi DEI non respiciunt, in ipso meridie cæcutiunt, & facile impingunt, qui consilia ad normam scripturæ non componunt vel effingunt.

II. Sanguinis hominum innocentium profusio, est longe maxima pollutio, quod sibi vel maximè dictum credant, qui bellis omnia conturbant, & ad se pertinere hæc putent, qui honoris ergò summa & infima miscent. Si enim David quod ex officio multum sanguinis effudisset, DEO templum ritè ædificare non poterat, 1. Chron. 28, 3. quid DEO magnates isti gratum efficient vel offerent, qui tot immerentes ad Dei imaginem conditos, à Christo redemptos, à Spiritu S. regenitos misere trucidandos curant?

Bella non necessaria.

Vers. 15.) Præcedentis pollutionis duplex hic adjicitur exaggeratio, nempe 1. pollutorum confessio ultronea. 2. bonorum ad alias gentes concessio spontanea. Ubi enim mali non amplius sua maleficia tegunt, & boni, non posse diutius illam Rempubl. consistere cernunt, omnino magna & ad plures redundans ac insanibilis erit commaculatio, Hoc autem de Jerosolyma prophetas & alios bonos occidente constat. Illi tamen homicidæ sanguine humano non secus polluti, ac lanii occcupati in mactandis animalibus acclamabant eis, qui ipsis occurrebant, Recedite, impurus hic est, recedite, recedite, ne attingitote. Ut enim olim leprosi, ne alii ab ipsis inficerentur, debebant & vestibus ac gestibus indicare, se esse tales, imò etiam cogebantur, quantum poterant, proclamare immundus, immundus Lev. 13, 45. Ita hi mali se malos & sanguinolen-

nolentos esse testantur ἀπαναπαύεσθαι. *Confer Esa. 52, 11. 2. Cor. 6. 17. & quemadmodum leprosorum conspectum ac consortium alii sani fugiebant, sic etiam boni ac pii deinceps nolunt cohabitare hisce perversis*, certè (כי) avolarunt *subitò aliò* evagati sunt, *ne quid de plaga istis malis decreta acciperent, si diutius inter eos hærerent, siquidem Spiritu Dei præmoniti dixerunt illi pii inter gentes viventes*, non pergent *reliqui terræ sanctæ incolæ in ea diu commorari non possunt diu ibi requiescere, sed terra eos evomet, quum se ita fœde commaculaverint. Hæc sententia, quæ etiam est D. Bacmeisteri, mihi ex omnibus maximè arridet. Ejus verba sunt, simplicior sententia esse videtur, quod tam fœdi & polluti sanguine fuerint homicidæ isti, ut etiam obvios quosq; monuerint, ne sibi appropinquarent, & attactu suo pollucrentur. Ideoq; alios fugisse & dixisse palàm, quod cum talibus homicidis diutius habitare non possent.*

Tremellii versio & expositio aliquantum contorta est, sicut & Latini vulgata; præterea Græca ex præteritis קראו אמרו *facit imperativos vertens* καλέσατε, εἴπατε *quasi legeremus* קראו אמרו: *& Latinus vulgatus ex plurali* יוסיפו *facit singulare, reddens, non addet ultra. Lutherus melius*, sie werden nicht lang da bleiben. *In textu Hebræo est elegans* παρονομασία *in verbis* נצו נעו. *De aliis variis explicationibus vide Jesuitam de Castro, qui ex omnibus fermè pessimam elegit.*

L. C. I. Magnus erit ibi peccatorum cumulus, ubi improborum ipsorum ea profiteri non adhorret animus, & quando hi Gloriari in malitia. *turpitudinem suam allegare non erubescunt, iniquitates ad summum crescunt.*

II. A malis properet exire, qui nolit cum ipsis perire. Apoc. 18, 4.

III. Ubi incipiunt flagitia dominari, Dei favor ac vera felicitas non possunt commorari.

Vers. 16.) Ultimum membrum versus præcedentis, quod Judæi non possint diutius in sua terra florere, sed futurum sit, ut in alienas regiones abducantur captivi, jam ulteriùs declaratur, additâ descriptione crudelitatis hostium. Proponitur enim hîc I. DEus omnes dispergens & II. hostes omnes sine respectu personarum perdens & trucidans. Irata facies Jehovæ dispertiet, *dividet ac*

disperget eos in varia loca, & non perget intueri eos *facie benevola, non respiciet eos, ut permittat diutius ipsos in terra sua commorari, sed hostibus tradet, hostes autem Chaldæi* rationem sacerdotum non habebunt *(Hebraicè, facies non accipient)* senibus non exhibebunt *gratiam, quæ est justa talionis pœna, eo quod hi sine ullo habito respectu dignitatis aut ætatis antea occidebant v. 13. Sic ferè Thargum explicat.*

Facies Jehovæ.

Facies Jehovæ duplex in scriptura proponitur, placati & irati, sup. ad cap. 1,17. vide saltem Num,6,24. Psalm.4,7. & Ps. 34,17. Pro חלקם *legisse videntur LXX.* חלקם, *nullo sensu, siquidem ita vertunt,* προσωπον κυριου μερις αὐτῶν. *Hic autem pro subjectâ materia notatur id, quod* [illegible]*bet Lutherus,* zerstreuet. *Si quis majorem vim inesse putat, & idem notari, quod Græco* Διχοτομεῖν διχοτομεῖν *Matth. 24, 51. Luc. 12, 46. non repugnabo: sed videndum tamen an h.l. etiam id possit dici ob sequens membrum, non respicit eos amplius. De emphasi verbi* חביט *alibi est dictum. Vide Psalm.10,14. Sup.1,11.12. & 3,63. Confer Amos 5, 22. Rythmus etiam hic occurrit,* נלא פנים חשקם חביטם *accipere facies, phrasis Hebræa est pro habere respectum personarum, honorare, venerari, præferre: hinc Græci reddidere* λαμβανειν προσωπον, *quod etiam extat Luc. 20, 21. Gal. 2, 6. Unde* προσωπολημψια, *quod vocabulum hinc inde in Nov. Testam. occurrit. Phrasis autem Hebræa videatur in concordantiis Hebræis in verbo* נשא *Classe 6,* שפירושו כבוד ודורון *ubi ultra viginti reperies exempla.*

פנים נשא

Προσωπολημψια.

Alii plerique interpretes hæc posteriora ita exponunt, quasi contineant causam, cur DEus illos disperserit, nempe quia veros prophetas non curarint, nec sacerdotes fidos audierint. Verùm si conferamus v. 13. videmus facilè, quid velit Jeremias. Quod autem dixi, hostes non curasse illos malos prophetas, nil præjudicat illi, Danielem fuisse in precio, quod nostræ explicationi poterat obduci.

L. C. I. Si quis populus DEI monita rejicit, hunc ille disjicit, nec placidè respicit.

II. Ubi in sacerdotibus nulla cernitur pietas, ipsorum non atten-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0192
DFG

attenditur dignitas, & ubi apud senes non est morum integritas, nihil in bellico furore curatur eorum ætas. Prætèr Deum vana auxilia.

Vers. 17.) Alia causa vastationis & captivitatis Babylonicæ fuit à DEO vivo ad brachium carnale defectio; ubi notanda I DEI conservatio II. aliorum auxiliorum vana expectatio. Hanc autem confessionem edunt Judæi miseri. Quum adhuc nos *essemus in patria felices ex DEI benedictione, quum subsisteremus, resq; nostræ rectè se habebant nondum collapsæ, post habito DEO adjecimus animum ad alias res atq; spes vanas, & tum relicto Deo à quo omnis felicitas, fuimus Judæi, nec poterat aliter fieri, quandoquidem quum eramus sub Dei protectione tuti, omnium ejus beneficiorum & miraculorum immemores defecimus ad Ægytios aliasq; gentes vicinas, quibus cum fœdus ineuntes sperabamus nos adversus Babylonios esse tutos Jer. 37, 9.* consumebantur oculi nostri *respicientes* ad ad auxilium nostrum vanum, *quod nobis erat promissum, & turpiter fallebat. Luther.* unsere Augen gaffen auf nichtige Hülffe/ *in margine:* Sie verliessen sich auf Aegypten/ und würgeten getrost die frommen Propheten/ *& rectè, quia* speculatione nostra speculabamur *respicientes* ad gentem quæ non poterat servare *nos, sed magis lædit, qui ei se dedit Esa. 36. versic. 6. Ezech. 29, 6. 7.*

עוד

Particula עוד *sæpissimè cum affixo juncta notat, quod ille, de quo fit sermo, sit adhuc in priori statu Gen. 18, 22. Exod. 4, 18. Deut. 31, 27. 1. Sam. 20, 14. Num. 22, 30. Hoc loco benè LXX.* ἔτι ὄντων ἡμῶν: *& vulgatus, cum adhuc subsisteremus. Id itaq; hîc indicatur, quod licet severissimè fuerit prohibitum Judæis, ne cum prophanis gentibus inirent fœdus: tamen eos florentes fœdera sanxisse, quibus putabant se esse tutos contra incursionem aliorum. Deficere dicuntur oculi, quum quis velut in* ἀποκαραδοκία *Rom. 8, 19. anxie diu expectat & vel nihil auxilii impetrat, vel putat se frustra exspectare. Confer Psal. 69, 4. & 119, 81. 82. 123. Sub finem est ellipsis relativi jam sæpe indicata, reliqua nihil difficultatis habent.* Deficiunt oculi.

Notantur autem multi rythmi in hoc & sequenti versu per idem affixum confecti. Subjici potest commentum Judæorum, quod retinet in Commentario suo R. Salomo Jarchi. Invenimus in Expositione Threnorum quod quum Ægyptii adveniunt navibus (ut auxilium Comentum Judæorum.

xilium ferrent Judæis) DEus, *qui benedictus sit, innuit mari, quod fecit ante eos fluere fluctus velut utres inflatos similes viscеribus humanis, quod cum viderent illi, dixit unus ad alterum: utres isti sunt patres nostri Ægyptii qui submersi sunt in mari propter judæos istos, & nos egrederemur in auxilium eorum? Constiterunt ergò & redierunt in terram suam. Hæc illi: nempe similes habent labra lactucas.*

L. C. I. Quem Dei dextra tegit, securus degit, nihil enim mali ad hunc illo invito pertingit.

II. Hæc est humani ingenii pravitas, ut maximè id delectet ipsa vanitas, DEI protectione relictâ, confugit ad media interdicta, & qui debebant DEum præstolari, malunt inania speculari.

Vers. 18) *Hac autem tàm turpi apostasia attraxerunt sibi totale excidium, in cujus descriptione annotat I. antecedentem horribilem obsessionem. II. totalem eversionem. Chaldæi* venati sunt, *accuratè non modò observarunt Sap. 3, 52. sed etiam extructis propugnaculis coarctarunt* gressus nostros *2. Reg 25. 3.* ut neire *possimus* per plateas nostras *sine metu aut motu periculorum: Et quia in tanta angustia diu durare nequimus, ita rationem deputamus, suprà nos est DEus iratus, circa & contra nos hostis armatus, intra nos animus perturbatus,* appropinquavit finis noster *& politiæ & vitæ,* impleti sunt dies nostri *Jer. 25, 34. ut mactemur, imo* certè(כי) advenit finis noster.

Græcorũ error.

Græci solenne suum servant pro צרו צעדינו *(in quibus est quædam παρονομασία) legerunt* צרכו צעדינו *vel* צרינו, *pro quo posteriori ex bibliis diceremus* צעירינו. *Vertunt enim* ἐθηρεύσαμθν μικρὸς ἡμῶν. מ *etiam hîc negativè accipitur, paulò aliter atque supra v. 9. More vero dolentium idem repetit aliquoties, & ut dictum est, rythmicè. Vulgatus Latinus ubi primum verbum* reddit judicaverunt, *putatur legisse* צרו. *De Emphasi vocis* קץ *vide quædam Amos 8, 2. est enim hîc tempus maturitatis, quo, ut poma, decerpantur Judæi, & ita desoletur ille paradysus Dei, in quo arbores degeneraverant, Esa. 5.*

מ

קץ

L. C. I. Qui antea nolebant observare à DEO præscriptas semitas, non possunt tuti incedere per suæ urbis plateas.

II.

II. Qui non emendantur severis Dei minis, mirum non est, quod illis appropinquet finis. Accommodemus eadem ad nostram spiritualem peregrinationem & militiam. Diabolus, [illegible], cave insidiantur, ne quis vias Domini sequatur: Ex iis autem si quis abduci sepatitur, huic finis imponitur, & ipse ex urbe DEI ejicitur.

Vers. 19.) Hactenus mala enumeravit, quæ perpessi sunt Judæi in obsessione & occupatione urbis: Nunc quæ senserint, dum fugam moliebantur, eaq; salutem quærere conabantur adjicit, ubi observanda est hostium 1. Summa velocitas, 2. maxima in capiendis profugis sedulitas. Maximum sibi esse præsidium in fuga putabant Judæi. Sed illud quoque eripitur, Esa.30,16. Esto, vos esse leves, leviores erunt vestri hostes. Nam dicetis tandem vestro malo edocti, jam capti & ex fuga retracti, 2.Reg.25,5. Jer.39,5. & 52, 8. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis *Jer.4,13. qui volant in sublimi aëre, & valdè perniciter per æthera tranant,* in ipsis montibus *seu campestribus* insectantur nos, *2. Reg.25,8.* in ipso deserto insidiantur nobis, *quocunq; nos proripimus, illi vestigia nostra legunt, neq; prius desistunt, quin comprehenderint.* Aquilæ cœli.

De aquilis vide quædam in Hos.8,1. Hab.1,8. de hyperbolicâ hac locutione sup.v.7. Cui placet, adeat nugas Rabbi Abraham, quas refert in h.l. Kyberus inter quas non postremum occupat locum quod נשר *sit quasi per ἀκροστιχίδα & Cabalam mirificam* נפילת אש רוחת *eo quod cadat ab igne combustus per aërem in mare & ita removetur. Credat ita dictum qui volet, & simul probet hanc etymologiam, cadaver quasi caro data vermibus: Diabolus quia capit duos bolos: miles, quasi mira res, vide etiam quæ dicta in Exercit. bibl. edit. 3. lib. 3. pag. 837. 838. Potius consulatur proverbium Græcorum, ἀετὸς ἐν νεφέλαις, quando hîc appellatur, aquila cœli.* דלק *plus est quàm* דרך *quod non tantum ex hoc versu, verùm etiam Genes.31, 36. constat. Confer 1.Sam. 17, 53. Psalm. 10, 2.* נשר Etymologiæ malæ. דלק

L. C. I. Exercitus quem DEus iratus immittit, feliciter & subitò omnia perrumpit, Joel.2,7.8.9. Confer hîc cum hostibus Chaldæis aquilæ velocitatem, crudelitatem, potentiam.

II.

II. *Quos* DEus *trahit ad pœnam & supplicium, his nullus locus securum præbet latibulum.*

Historia vastationis.

vers. 20.) Historia ipsa vastationis primæ Jerosolymorum testatur primò urbem fuisse gravi obsidione pressam & tandem occupatam acigne deletam, multos diffugisse, cum rege Zedekia, sed & illos plerosq; & hunc ipsum ex fuga esse retractos, & in captivitatem abductos. De prioribus in præcedentibus actum est, nunc de ultimo membro, ubi de capto rege suo Judæi conqueruntur dolentes. 1. illum captum esse. 2. suam cum ipso spem periisse. Spiramentum narium nostrarum, *is qui non minùs, quàm spiritus noster, nobis carus, & is, sub cujus tutela poteramus respirare ac benè sperare, quo fretis ac tutis dabatur aliqua in quibuslibet angustiis respirandi occasio, sub cujus protectione spiritus & minas hostium contemnebamus, rex noster, quo florente floruimus, quo regnante liberi eramus,* unctus Jehovæ, משיח יהוה, *(reges enim olim quando creabantur, unguebantur, unde istud nomen passim obtinent vide 1. Sam. 2, 10. & 10, 1. & 24, 7. 11. & 26, 9. 11. 16. 23. 2. Sam. 1, 14. 16. & 19, 21. erant q; hactenus quidam Messiæ typi, qui verè longè alio modo id nomen sibi vendicat, tam in V. T. per* χρίειν, *Psal. 2, 2. & 84, 10. 89, 52. 1. Sam. 2, 35. quam in N. jam peracta singulari unctione, de qua Psal. 45, 8. Es. 61, 1. Dan. 9, 24. unde Christus Domini appellatur Luc. 2, 26. qui erat complementum & finis illius typi,)* Zedekias Rex captus est in foveis eorum, *ex insidiis, & ibi, ubi se latitare posse credebat, Jer. 52, 8. is* de quo dicebamus, in umbra & protectione, *Psal. 91, 1.* ejus vivemus inter gentes, *(Baruch 1, 12. similis phrasis extat) ipse nos tandem collectis viribus reducet, & adjumento ejus, tanquam umbraculo, recreabimur, ne defetiscamur aut exarescamus, velut æstu malorum nostrorum amplitudine, quæ metaphora ab arbore umbrosa est desumpta, de qua legere est, Dan. 4, 9. ita Judæi dignitati illius regni præsidebant, tanquam si purè & per se adeo esset stabile (ut habent Tremellio-Junianæ notæ) ut nullæ gentes id labefactare, aut prorsus evertere possent, sed omnino necesse esset, regem tandem ex malis eluctari ac hostibus victis suos subditos in libertatem vindicare, maximè quum sancta urbs Jerosolyma in qua templum Domini, sedes illius regni esset. Talis ergo regis tragicus casus, cum quo & regnum*

Spiramentum narium.

Unctus Jehovæ.

Christus Jesus.

Umbra politica.

Judæorū vana spes.

gnum ipsum corruit, & omne præsidium ereptum est Judæis, meritò deploratur ut scribit D. Backmeisterus. Lutherus in margine annotat; Gesalbte / unser König / denn wir vermeinten unser Königreich solte keine Noth haben / und wir könnten alle Heyden trotzen.

Verba ipsa nihil difficultatis aut obscuritatis continent: de sensu verò admodum litigant interpretes quorum explicationes paucis exponemus. Illam à nobis (quam etiam multi alii habent) datam confirmant potissimum ipsa cohærentia & subjecta materia, ut ante innui & de qua dubius Jesuita à Castro scribit: Contextui verborum hæc intelligentia quàm optimè convenit; & paulò post: Hæc expositio cum optimè cohæreat cum antecedentibus & consequentibus, satis est germana & vera, si, ut habetur in Hebraico, sic legeretur. Putat enim Jesuita olim fuisse lectum משיח, *& male scheva sub* מ *esse adjectum ab Hebræis, quia LXX.* Χριστὸς κύριος, *& vulgatus Latinus, Christus Dominus vertat, quæ tamen omnia per notam masorethicam additam h.l. refutantur. Unde concludimus, quod illi more suo non attendentes, puncta erraverint, & hic errorem eorum sit secutus temerè, eumq; patres porro suum fecerint, quum Hebræa legere non possent. Ita corruit argumentum Jesuitæ: Ubi nomen* יהוה *est in casu recto, nulli creaturæ potest attribui. Hic est in casu recto* יהוה משיח *Christus Dominus. E. Minor enim est falsa. Prima autem explicatio est Rabbinorum, qui per unctum Domini intelligunt Josiam regem, occisum, 2. Reg. 23, 29. 2. Chron 35, 22. Verùm hic non est captus, nec eo mortuo regnum eversum, neq; antecedentia de eo agunt. Secunda est multorum patrum & hodiè pontificiorum, dum non audent deserere textum Latinum in Concilio Tridentino canonisatum, de qua videantur ipsorum commentaria. Non enim tanti sunt, ut huc transcribantur eorum meditationes.* בשחיתותם *Græci vertunt* ἐν τῇς ἁμαρτίαις ἡμῶν, *Latinus, in peccatis nostris, & porro hic* בצלו *in umbra tua, quam falsationem textus apertam quomodo defendat recte Jesuita, nondum cogitavit aut quicquam invenit: Sunt enim in textu Hebræo affixa tertiæ personæ, non primæ, ut vel hinc constet de falsitate hujus explicationis. Illud est ridiculum, quod ex Origene Jesuita affert, umbram Christi esse ejus imitationem, quod tamen rectius*

Variæ explicationes verà firmatur.

Nomen יהוה in calu recto 2. falsæ. 1. Refutatur. 2.

Umbra Christi.

rectius de protectione accipi subjungit & exemplis probat. Cætera apud ipsum videantur.

L C. I. Ut à Deo magistratus constituitur, sic etiam, si vel ipse vel ejus populus est malus, rursum tollitur, Rom.13,1.2. Hos. 13,11. Prov. 28,2.

Bonus rex

II. Magnum hoc est Dei beneficium, habere regem pacificum, beneficum, munificum, qui suos possit regere & protegere, 1. Reg.4,24.25. Et hi tres tituli bonum regem describunt, ubi spiramentum *bonitatem;* Unctus Jehovæ *dignitatem;* Umbra, *utilitatem innuit, quæ in Christo nostro rege spirituali sunt maximè conspicua.*

Vers. 21.) Tertia pars hujus capitis restat, nempe consolatio quædam in malis hactenus enumeratis: ea est duplex, prior ex pœnarum Edomæis hostibus infensissimis decreta illatione, posterior ex pœnarum Judæis immissa mitigatione ac horum liberatione: in illa notanda sunt, 1. pia rebus secundis utenti filiæ Edom facta insultatio 2. certa de malis venturis addita comminatio & vaticinatio. Ironicè autem ita eam alloquitur propheta. Scimus & satis sumus experti Judæi tuum implacabile erga nos odium cum aliàs semper, tùm inprimis in vastatione urbis, Psal. 137,7. Obadj.v.10.11.12.(in quem locum quæ dicta sunt, vide, si placet) & dolemus, quum ex eodem Isaaco ducamus originem, te adeo esse à me aversam. Verum quum conquerendo non emenderis, age fruere ad tempus tua Πανχαιρεκακία, gaude *sane nunc &* lætare, *non solidum hoc tuum erit gaudium Mich 7,8.* ô filia Edomi, *quæ ab Esavo descendis, &* habitas in terra Hutzi *Gen.10.23. Job. 1,1. attamen* etiam ad te transiturum est poculum *iræ ac furoris divini Obadj. v.16.* inebriabis te atque nudabis te, *(confer Jer.25,15.16.17. & 49,12. Ez.25,12. &c. & 35,3.4.5.) tu quoque patebis tandem tuis hostibus & velut ebria quid agas, nescies.*

Edomæorum erga Israelitas odium.

Poculum Jehovæ.

Ironia.

Ironia est in initio hujus versus, qualis Eccles.11,9. cùm autem hæc una infestissima gens Judaico populo nominatur, alias synecdochicè includi existimat Tremellius. Cùm ultima phrasi conferunt quidam Gen. 9,20. & 42,9. sed præterea adisis Habac.2,16. ubi etiam hæc explicata invenies.

Nudare se

L. C. I. Diaboli ejusq; organorum est proprium ex alienis malis percipere gaudium.

II. Qui autem aliorum malis lætantur, propriis mox implicantur.

Vers. 22) Tandem concludit, non esse quod desperent Judæi, cum certò sit futurum, ut DEus 1. Judæos ex captivitate restituat. 2. Edomæos omni felicitate destituat. Consummata jam est iniquitas tua, *hoc est, pœna iniquitatis maximam partem est exsoluta, postquam es in captivitatem abducta,* ô filia Sion, *siquidem exactis annis septuaginta exilio tuo præstitutis* non perget DEus te in deportationem tradere, *seu in eâ diutius relinquere, verùm ut promisit, reducet te in tuam terram, ibiq; politiam, urbem ac templum restituet, quemadmodum ex Haggæo & Zacharia de complemento constat.* Judæorũ restitutio.

Contrà autem visitabit *& animadvertet* tuam iniquitatem, ô filia Edom, te puniet juxta peccata tua, *ut comminatus est Jer. 49. & alibi* גלה *enim significat proprie revelare, detegere, metaleptice autem punire, quemadmodum contra in scriptura DEus dicitur tegere peccatum, quando id condonat, Psal. 32, 1.*

Cum primâ phrasi, quoadrem conferri potest locus Esa. 40, 2. alias in textu Hebræo est aliud vocabulum, quod noto propter eos, qui ex Concordantiis Latinis hæc loca prorsus faciunt parallela. Imò ille Esaiæ locus rectius ita exponitur נרצה עונה *acceptata est iniquitas, id est, expiatio iniquitatis ejus. Lutherus,* Ihre Missethat ist vergeben. Esa. 40, 2.

Circa illa verba לא יוסיף לחגלותך Q. *quæri solet, quomodo hoc cum eventu concordet, quum constet, quod Judæi postea tempore Titi Vespasiani non tantum in novam & graviorem, sed & perpetuam captivitatem sint traditi, quomodo itaq; rectè dici potest, non perget ultra vos DEus abducere in captivitatem? Quidam cum Chaldæo hæc verba Jeremiæ de ipsa ultima vastatione intelligunt, & per Edom omnes impios, inprimis autem Romanos denotari putant, sed nullo fundamento nixi.* R.

Conferunt quidem Dan. 9, 24. (v. 26. est apud multos interpretes error, ubi ex לו *faciunt* הא *quasi postea Christus nihil sit, qua de re multa commentantur, sed malè, quum ibi de liberatione spirituali expressè agatur, sed melius hunc nodum ita solvimus, si dicamus I, non de duabus di-* Dan. 9, 24. 26. R.

versis transmigrationibus hîc loqui prophetam, sed de una Babylonica, quam promittit solutum iri, postquam annorum septuaginta
2. exilio priori iniquitas Judæorum est punita. II. Non ultra, vel
Non amplius. non amplius, non semper de omni, sed aliquando de quodam tempore & certo negare, quemadmodum id declaratum est exemplis aliis
3. in Joel. 2, 29. III. Propter idem peccatum, quod jam luis, non faciet te transmigrare denuo, quia idem peccatum DEus bis non punit. Ita expones Lutheri versionem, er wird dich nicht mehr
4. lassen wegführen. IV. Cum conditione promittit, quamdiu non aliis novis delictis gravioribus novam captivitatem promerebis. גלא cum הגלה confundunt Tremellius & Junius, ubi vertunt, deportabit propter peccata tua. Etsi enim גלה Nah. 2, 7. materiæ subjectâ ita exigente significat, deportatur, tamen de Piel nullum extat exemplum, & jam dictum est, quomodo analogia scripturæ ex contrario hîc facile possit ostendi. LXX. habent ἀπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Lutherus, deine Sünde aufdecken. Vulgatus Latinus discooperuit, id est, DEus iniquitates Edomæorum omnibus faciet manifestas pœnis grandibus inflictis. Gravitas enim pœnæ, ostendit gravitatem culpæ, ut scribit Jesuita de Castro, qui tamen non adeo benè allegat & huc applicat locum Jeremiæ 49, 10. ubi de subtractione potentiæ & bonorum corporalium agitur, nisi velis dicere, inde sequi revelationem peccatorum.

L. C. I. Si qui plagis corriguntur ac convertuntur, ex malis tandem eripiuntur, in quæ æternum præcipitantur qui neq; afflicti emendantur.

II. Quorum peccata justitiâ Christi non obteguntur, in mala temporalia & æterna demerguntur, & qui in tempore gratiæ maturè se non convertit, in hunc DEus severè tandem animadvertit, Rom. 2, 4. 5.

Doctrinæ generales. Doctrinæ generales ex hoc capite observantur istæ. I. Quanta DEI etiam suo populo graviter peccanti non parcentis justitia.
1. 2. 3. II. Quanta famis sævitia. III. De σφαγῇς quas DEus naturæ in-
4. 5. sevit. IV. de pœnis, quas superbiæ & luxui decrevit. V. Quanta eorum, qui in ordine Ecclesiastico vivunt, si officium faciunt, dignitas, & contra, si id negligunt, quanta iniquitas & secutura vilitas.
6. VI. Quanta multorum securitas & pravitas, dum suas muni-

tiones

tiones non iri eversum credunt, & à DEO ad alia illegitima media recedunt. VII. Quanta hostium Ecclesiæ crudelitas & instabilitas. 7.
VIII. Quæ Magistratus autoritas & utilitas. 8.

CAPUT QUINTUM.

Argumentum.

JEREMIAS omnium Judæorum nomine mala & miserias, quibus jacebant oppressi ob parentum & sua ipsorum peccata, DEO exponit, eumque orat, quia illi sua delicta humiliter confitentur, faciat gratiam, misericordiamque ejus implorat, mala tanta clementer mitiget, eosque in pristinum statum ac locum restituat. Hanc autem orationem (quem titulum huic capiti fecere LXX. & inde Latinus vulgatus interpres) Jeremias videtur populo captivo præscripsisse velut solennem precandi formulam, quâ uterentur singuli quotidiè, dum in Babylonia versarentur. In ea verò quamvis non videas idem in ἀκροστίχοις artificium, tamen observes licet versuum eundem numerum, qui est literarum Alphabethi Hebræi, & capitum superiorum 1. 2. & 4.

Partes hujus capitis possunt constitui

duæ: quarum prior, ſuperiorum querelarum quædam velut recapitulatio ſeu repetitio continet malorum & calamitatum, quas populus, ob multiplicia ſua peccata ſuſtinet, quandam exaggerationem: Poſterior eſt iræ DEI deprecatio & veniæ petitio, v. 19. &c. ſed dum ſingulos conſtituimus accuratiùs perpendere, hiſce diutius non placet immorari.

Verſ. 1.) *A reipſa incipit, quod ſolent afflicti, & generaliter proponit, quid ſe, imò populum malè habeat; & quid optet, ut abeat, nimirum 1. à Deo promiſſum infortunium, 2. ab hominibus ſeu hoſtibus immiſſum vel illatum opprobrium.* Recordare, Jehova, quid *malorum hactenus* acciderit nobis, *ex tua juſtitia, ſed jam deinceps nos circumdet tua miſericordia,* intuere & aſpice opprobrium noſtrum, *quod fuerimus tuus populus, & quo afficimur à gentibus, quibus nos tradidiſti, conſidera, quomodo nobiſcum agatur, & quomodo tuum peculium tractetur, fac intelligamus, te hæc videre, & nos abs te curari.*

In verbis explicandis hîc erimus tantò breviores, quantò fuimus antea prolixiores. Ἀθροωποπαθῶς *tria hîc quoq; DEo tribuuntur, recordari, intueri & videre, de quibus ſupra. Eſt etiam hîc quidam rythmus in colis ſeu inciſis* חרפתנו ראנו, *ubi affixum paſſivè accipitur, quod ſuperius eſt explicatum.*

L. C. I. Qui ſentit malis ſe cruciari, DEum putat ſui non recordari, & pii etiam ſæpe tum loquuntur non pro DEi aſpectu, quem nil latet, ſed pro ſuo afflictorum affectu, quibus tum Dei facies benevola non patet.

II. Qui non omnia faciunt ad DEI gloriam, incidunt ex ejus judicio in ignominiam.

4. mala. *Verſ. 2.)* *Quatuor verſibus ſequentibus quatuor mala populi Judaici graviſſima enarrat, videlicet quod ſint in exilium ejecti v. 2. ab amicis deſerti v. 3. paupertate preſſi v. 4. ſervitutem paſſi v. 5. ſeu bonis*

bonis suis exuti auxilio destituti, carè omnia ementes, sub onere gementes. Versu autem hoc secundo deploratur abalienatio, 1. agrorum, 2. domorum. Promiserat DEus per Mosen, & dederat per Josuam Israëlitis hæreditario jure possidendam terram sanctam, sed eâ lege atq; omine, ut ipsi servirent: quod quando non fiebat ab istis, mirum non est, quod juxta comminationes suas lenis ille pater factus sit acerrimus, Lev. 26, 6. 32. Deut. 28, 8. 13. 14. 63. 39. Jer. 6, 11. 12. idcirco nunc jure ita conqueruntur: Hæreditas nostra *seu possessio terræ sanctæ semini Abrahæ promissa* aversa est ad alios seu extraneos, *ut meritò quis exclamet.*

O domus Abræ quàm dispari domino dominaris! & domus nostræ ad alienigenas *devenerunt in hac nostra vastatione & è sedibus avitis ejectione. Quod si qui de fece plebis remanserunt ad colendos agros servituri Chaldæis relicti erant, Jerem. 52, 16.*

Rythmus quidam in hoc & sequentibus aliquot versibus observetur. נחלה *notat partem hæreditatis, quæ ad nos velut rivulus derivatur ex communi bonorum lacu.* נכרי à נכר, *id est, agnovit per quandam* ἀντίφρασιν *dicitur. AbenEsra scribit inter* זר *&* נכרי *id esse discriminis, ut hoc de iis, qui sunt planè alienæ terræ, veluti gentes, Judæorum respectu: Illud verò de iis, qui non sunt ejusdem tribus aut familiæ intelligatur. Hoc ille, vel de illo mihi alius refert, nempe Kyberus. Vereor tamen ut sit perpetuum. Hoc loco tamen ita etiam Lutherus sentit, dum prius vertit* Fremden/ *posterius* Ausländern.

נחלה

נכרי

L. C. Quando apud nos non est pietas, facit DEus ut a nobis avertatur nostra hæreditas & quando præcepta DEI nefariè violantur, domus nostræ facilè abalienantur.

Vers. 3.) Multas alias afflictiones secum affert 1. orbitas. 2. viduitas, quia qui in alterutra vivunt, multorum injuriis expositi sunt. Cum utraq; autem conferri potest status Judæorum modernus, ideoq; hinc concludi potest, quod miserè vivant omni præsidio & auxilio humano destituti. Velut pupilli effecti sumus ac quasi nullus pater, *protector ac defensor* est nobis matres *autem* nostræ sunt tanquam viduæ, *quibus nullus, qui causam earum agat, aut ipsas è manu adversariorum vindicet. Scripturæ enim*

stylo

Pupillus. *stylo pupilli seu orphani ac viduæ dicuntur, qui hominum præsidio carent, auxilioq; humano destituuntur, quibus propterea peculiariter suam opem DEus promittit, seq; tam miserabilium personarum defensorem fore pollicetur. Vide quæ dicta sunt in Psalmo 10, 14. Zach. 7,10. Mal. 3, 5.*

Ellipsis כ *Quod in priori membro sit subaudienda particula similitudinis, constat ex posteriori, ubi expresse addita est, ideoq; non accipimus, quod patres eorum omnes fuerint naturaliter mortui, sed civiliter ex liberis facti servi, in captivitatem abducti, ideoq; quando apud conjuges & liberos non vivebant, hi quasi pupilli, illæ quasi viduæ erant. De voce* אלמנה *supra c.1.v.1. De collatione Ecclesiæ*

אם *cum pupillo vide in Hos. 14,3.* אם *notat matrem, inde apud nos esse* eine Amme *quidam putant.*

L. C. Quibus DEus non est protector, coram mundo sunt pusilli ac velut pupilli, & postquam exciderunt gratia DEI per suam incuriam, experiuntur in se multorum injuriam, & quotquot in se non sentiunt pium in DEum affectum, etiam coguntur sentire patrocinii defectum.

Vers. 4.) Dixi v. 2. hæreditatem nostram devolutam esse ad extraneos; quod quum ita sit, illi eâ ut suâ utuntur fruuntur, sie schalten und walten damit/ als mit ihrem eigen. *Hinc adeo consequitur, ut, quibus antea abundamus, nunc careamus & magno nobis constent res alias viles & pamtu faciles, nempe cogimur nunc emere 1. aquam, quam bibimus 2. ligna, quæ urimus.* Aquam nostram *ex nostris quondam fontibus & cisternis, sed nunc in hostium potestatem redactis, haustam* pro argento, *id est, pecunia* bibimus, & ligna nostra *ex silvis quondam nostris ac propriis, sed nunc à Chaldæis occupatis, allata, quæ antea erant nostra, quæ possedemmus, nunc erepta à victoribus* pro pretio *nobis* obveniunt, *quæ verba Lutherus elegantissimè vertit:* Unser eigen Wasser müssen wir um Geld trincken / unser Holtz muß man bezahlt bringen lassen. *Utcunque illa, sub quorum nomine etiam reliqua ad victum & amictum necessaria synecdochicè intelliguntur, sint juris nostri, in hoc tamen rerum statu misero cogimur redimere.*

כסף כסף *significat argentum, quia omnes hoc desiderant & appetunt à* כסף, *id est, desideravit.* ב *autem in hac loquendi for-*

mâ

ma, ubi de precio agitur, apud Hebræos adhibetur Buxtorf. thes. Gramm. l. 2. c. 13. reg. 2. עץ *generale nomen est denotans arborem virentem & decisam seu ligna cædua & cæsa. Sub finem versus recurrit illa observatio, quod simplex pro diversitate constructionis & subjectæ materiæ omnium compositorum significationem obtineat.*

L. C. Tum nostra quoq; ab aliis cogimur postea emere, quando illa, dum istis ad luxum abutebamur, coram DEO audita sunt gemere, Rom. 8, 22. & tùm illa dominis eripiuntur, quando hi malè istis utuntur, Dan. 2, 21.

Vers. 5.) Servitus demum illa est gravissima, ubi homines more jumentorum tractantur & jugiter defatigantur. Talis fuit illa, quæ erat Judæis apud Chaldæos, in qua 1. omnimoda subjectio. 2. nulla per quietem refectio. Ab iis, qui incumbunt su- Inimici
per collum nostrum, *quasi inequitent nobis*, persecutionem iniquitant
patimur, *ab inimicis nostris insolentibus, velut jumenta calcaribus ab equite crudeli agitantur, nos minis ac plagis, flagellis & fustibus laceramur, dum non satis est, quod nobis velut insident, aguntq; tanquam jumenta vectaria, sed per ludibrium quoq; instant & urgent pro libidine, & quod ne quidem suis jumentis faciunt, ut continuò ea laborare cogant, id à nobis exigunt. Illa de die lassa, sub vesperam solvunt, jugum demunt & spacium quiescendi concedunt, nos verò ita laboramus &* defatigamur, ut non permittatur quies nobis, *nullus miseriis ac molestiis modus, neq; finis. Lutherus:* Und wenn wir schon müde sind/läst man uns doch keine Ruhe: *Contrariam Allegoriam habes, Hos. 11, 4.*

נרדפנו, *Græci* ἐδιώχθημεν, *latinus vulgatus vertit, minabamur, id est, agitabamur, Luth.* man trieb uns über Halß / *de verbo hoc Latino supra cap. 3, 2.* יבעבו *Græci etiam satis benè extulerunt per* ἐκοπάσθημεν. *vide in Psal. 6, 7.* הנח *alii ad R.* יכח, *alii ad* נוח *reducunt significatio tamen eadem hìc manet, quanquam si ex illa Rad. descenderet, est hìc ellipsis, quæ alibi suppletur, Eccles. 5, 11. non permissum est nobis scilicet dormire vel quiescere à laboribus. Correctiora autem Exemplaria quando legunt constanter* רונח *ad posteriorem Rad. referunt. Sensum expressit vulgatus Latinus; lassis non dabatur requies. Hæc autem omnia contigere Judæis uti DEus erat comminatus, Deut. 28, 48.* הנח

L. C. Qui aliis solebant imperare, coguntur parere, quando DEO nolunt obedire. Cum DEO enim & per DEum magnates dominantur Hos. 12,1. Prov. 8,15. ubi autem ille abest, mox sua potestate privantur ac miserè tractantur.

Vers. 6) Idem hoc in versu quoq; declaratur, ubi etiam Judæi quondam rerum domini fatentur, eò rem deveniisse sibi, ut supplices fierent vicinis gentibus 1. Ægyptiis, rogantes contra hostes auxilium. 2. Assyriis, petentes contra famem, panem, vitæ subsidium. Ægyptiis porrigimus (*Hebraicè dedimus*) manus, *ad Ægyptios manus extendimus supplicantes, ut nos servent ab hoste, hæc autem spes postquam frustrata est & Assyriis subjecti sumus, porrigimus manum* Assyriis *velut mendici,* ut saturemur pane, *concedant saltem tantum cibi, unde vitam trahamus seu ducamus. Hunc versum malè reddiderunt LXX, sensum planè invertentes. pro* נתנו *legerunt* נתן (*quum tamen* מצרים *sit fœmininum*) *pro* לשבע לשבע ; *pro* להם לחם *nil præter solitum indiligentes. Ita enim habent:* Αἴγυπτος ἔδωκε χεῖρα, Ἀσσοὺρ εἰς πλησμονὴν αὐτῶν. *Vulgatus Latinus & cum eo Lutherus rectiùs expressêrunt sententiam verborum Hebræorum, quorum hic:* Wir haben uns müssen Aegypten und Assur ergeben/ auf daß wir das Brodt satt zu essen haben. *Dare enim manus est propriè, se alicui subjicere, ejus imperium agnoscere, ei se dedere ac permittere, quemadmodum etiam Latini autores ita loquuntur. Vide Drus. cent. 1. Miscell. c. 30. Id autem fit diversum in finem, vel ut auxilium contra hostes impetremus, vel vitam servemus, vel panem consequamur, quomodo h. l. generalem phrasin variè exponentes interpretes possunt conciliari. Notæ Tremellio-Junianæ hæ sunt. Tanta servitute à Chaldæis pressi, ne tenuissimum quidem alimentum pro officiis nostris consequimur, sed mendicare cogimur & miserrimè victum quærere. Alii putant significari, quod fœdus inierint, quomodo poterat conferri phrasis 2. Reg. 10, versic. 15. verum de jam devictis sit sermo. Quidam exponunt, per servire quomodo Chaldæus extulit : Ægypto præbuimus humeros, ut illic cibaremur, & Assyriæ, ut pane saturaremur. Sed quid multis? de Analogia scripturæ ex his locis constare potest, 1. Chron. 29, 24. 2. Chron. 30, 8. Jer. 50, 15. Ezech. 17, 18. Aliter autem eadem phrasis Hebræa usur-*

Dare manus.

Dare manus.

usurpatur, Esd.10,19. Confer supra c.1,17. Est autem hìc quædam ellipsis particulæ ל. רשי *glossa ita habet:* ורוצה לעמוד מושוט יד למי שאצלו לעזור לו: דרדאים הנופלים

L. C. Qui neq; moniti se volunt corrigere, coguntur etiam hostibus manum porrigere, & qui respuunt panem cœlestem in verbo & Sacramento confirmationis propositum manducare, coguntur quandoq; panem naturalem mendicare, suis opibus spoliati, suis sedibus ejecti.

Vers. 7.) *Causa malorum jam enumeratorum omnium unica est peccatum tàm parentum seu majorum, quàm liberorum seu posterorum, vestigiis ipsorum insistentium Illa enim duo hic habentur. 1. culpa admissa 2. pœna immissa.* Patres nostri *(inquiunt illi, qui hactenus quiritati sunt, suaq; mala defleverunt)* peccaverunt *olim cum in deserto, tùm in terra sancta, & statim culpam pœna pressit comes, subitò è vivis sunt sublati, vel ab hostibus deleti, vel peste correpti, vel à serpentibus vulnerati, vel à terrâ denique absorpti, sicut testatur populi Israelitici historia passim annotata, & cujus quandam epitomen habes 1. Corinth. 10, 5. & seqq.* & non supersunt, *nullus eorum superat, ideoq; neq; pœnam diutius tolerat:* nos autem iniquitates, *id est, pœnas iniquitatum sup.3, 39. & 4,6.22.* eorum *cum nostris* portamus *seu ferimus, non in una obsidione, non modo in abductione, sed quamdiu in captivitate degimus, id quod minutatim in sequentibus exponitur. Non verò cogitandum est, quod sanctus DEI propheta populum Deo obstrepere vel contra eum murmurare doceat, quemadmodum exemplum tale aliquod extat Ezech. 18, 2. & apud gentes tales impiæ querelæ sunt crebræ, Hor. lib. 3. Od. 6. v. 1.*

Peccata parentum propria.

Quid hoc loco agat propheta.

Delicta majorum immeritus lues Romane.

Virgil. 1. Georg. v. 501. 502.

Satis jam pridem sanguine nostro
Laomedontææ luimus perjuria Trojæ,

sed quod DEI justitiam punientis etiam quædam peccata seu culpas parentum, (nempe quarum sunt affines & ipsi) in filiis Exod. 20, 5. Jer. 32, 18. meditetur, & dum humiliter peccata confitetur, seq; reliquæ turbæ adjungit, ut David Psal. 106, 6. & Daniel. c. 9, 8. & infra v. 16. à DEo gratiam sat miseriam perpessis precetur. Qua de re

tota ita habent notæ Iremellio-Junianæ. Amplificatur calamitas à comparatione, ut supra 4, 6. & 9. Melius (inquiunt) actum est cum patribus nostris, quàm agitur nobiscum, nam peccaverunt illi quidem, sed brevi supplicio de peccatis suis affecti sunt: nos verò eò sumus infeliciores, quod eorundem peccatorum rei pœnas diuturnas ferre compellimur, quibus foret jucundius semel emori, quàm βίον ἀβίοτον & vitam invitam seu minimè vitalem verius trahere quàm vivere.

אינם *non ipsi sunt LXX.* καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν, *quod*
Non sunt. *non simpliciter accipiendum, quia sunt aliquid manes, & anima vivit: sed secundum quid, quod non sunt in vivis, sic alibi. Etiam Jer. 31,*
Matt. 2, 18. *15.* כי איננו *Matth. 2, 18.* ὅτι οὐκ εἰσι, *sic Psal. 39, 14.* סבל *quando* סבל *de peccato vel pœna dicitur majorem habet emphasin, quam* נשא נשא *vide in Esa. 53, 7. 15. hinc* סבל *apud Rabinos etiam denotat patientiam, juxta illud:*

מי שאינו מנוח האבל בסבל יאריך יגונו
Durum, sed levius fit patientia,
quicquid corrigere est nefas:
Ergò
Depone luctum per patientiam,
At ferto fructum tristitiam brevem,
Et, qui dolori non moderabitur,
Damnis abunde jam satiabitur.

L. C. I. Subitaneum excidium est atrocium Peccatorum stipendium, Zach. 1, 5. 6.

II. Tanta est DEI erga improbos severitas, ut etiam posteros premat majoribus decreta calamitas.

Vers. 8.) Verè diximus, meliùs esse mortem oppetere, quàm ita, ut nos, in servitute durissima vivere, siquidem hæc morte ipsâ longè deterior. Cogimur autem 1. ferre servorum dominium 2. non possumus sperare ab ullo allatum iri auxilium. Hanc enim vide miseriam, qui aliis multis gentibus quondam imperabamus, nunc sumus servi servorum, & infra omnes infimos, siquidem illi ubi rerum potiuntur, crudelissimè tractant ingenuos, juxta illud Claudiani lib. 1. in Eutropium v. 181. & seqq.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet: desævit in omnes,

Ut

Ut se posse putent: nec bellua tetrior ulla est,
Quàm servi rabies in libera colla furentis.

Ergo eheu nobis!

Servi dominantur in nos, & qui eripiat, *seu asserat* è manu eorum, *nemo est, non tantam imperia à Dominis (quod satis grave foret nobis, qui hactenus fuimus liberi) sed etiam à conservis sordidissimis ferre & accipere cogimur, & mediastinos agere ad libidinem domesticorum omnium.*

Quum Græci verterant δοῦλοι ἐκυρίευσαν ἡμῶν, *Latinus vulgatus interpres temere secutus est eos, reddens dominati sunt nostri.* פרק. *propriè notat abruit, tam in bonum, quando quis captum liberat, quàm in malum, quando fera captum animal dilacerat, Psal. 7,3. Hoc loco tamen quando adusum hujus verbi apud Syros respiciunt LXX. non malè efferunt* λυτρώσω. *Aliàs quid ferat subjecta materia, diligenter videndum. Sic locus ille Danielis satis variè explicatus optimè conciliatur, cap. 4, 27.* peccata tua justitia abrumpe פרק & iniquitates tuas gratiâ erga afflictos. *Sensus est: age pœnitentiam, quam quod agas, non fingas, indicio erit, si desistas à malo & feceris bonum, si abruperis tandem telam male factorum ac crudelitatis, & exordiaris novam benefactorum & pietatis, quod si feceris, tum benè utig; spera, etiam ablatum vel mitigatum iri has pœnas, seu (quales tùm conversò) afflictiones decretas. Vide in Joel. 2,14. Jon. 3,10. Per servos autem quidam intelligunt cum Emanuele Sa, Hugone, Thoma, Lyra &c. vicinas gentes, quæ olim Judæis servierant, quales erant Ammonitæ, Moabitæ, Edomæi, sed melior est prior illa explicatio, quæ potest ulteriùs declarari, ex natura servorum ad imperium evectorum. Vide Prov. 30,22. sub servo quum regnat, commovetur terra. Manus autem quod notet potestatem in sacris, notum est.*

פרק

Dan. 2, 27.

L. C. Qui Domino Dominorum resistunt, his tandem servi servorum velut insistunt, & eos, qui erant DEI refractarii, & dum non adest seria vitæ emendatio, nulla sperari potest liberatio.

V. 9. Non parum calamitatem Judæorum exaggerat Jeremias, quando ostendit, quod eos vexaverit 1. in urbe famis sævitia. 2. extra urbem latronum nequitia. Nonne enim hoc malè satis, è flamma velut nos cibum petere, siquidem periculo vitæ nostræ

(*Hebraïsmum ita ex aliis locis explicamus, 2. Sam. 23,17. 1.Chron.11, 19. quando legimus,* pro anima nostra; *Lutherus:* Wir müssen unser Brodt mit Fahr unsers Lebens holen) afferimus panem nostrum, *idq; sit adeo* propter gladium deserti, *quod latrones nobis in deserto insidiantur, quando frumentum vel cibum tandem sumus consecuti: ita primùm in quærendo pane, deinde in afferendo periclitamur & torquemur miseri, siquidem prima cura est, ut inveniamus: altera, ne prius quàm accipiamus, amittamus.*

Pro anima.

Gladius deserti.

Gladium deserti quidam interpretantur gladium inimici, qui obtinet regionem nostram vastatam, quæ est instar deserti. Alii intelligunt Chaldæos minantes interitum in deserto Judæis tendentibus in exilium cum sarcinis. Calvinus metaphoricè gladium deserti existimat dici ipsam ariditatem & annonæ caritatem.

L.C. Qui rebus secundis in cibo ac potu luxuriantur, rebus acciſis fame & siti excruciantur, Amos 6,4.6.7. & qui antea nullum nisi delicatissimum cibum curabant aut vorabant, nunc vix panem cum vitæ periculo sibi parant.

Vers.10.) Ex fame oritur deformitas, idcirco hic componuntur 1. cutis nigredo 2. famis magnitudo, seu hominum deformitas, & famis atrocitas: utraq; per similitudinem exaggerata. Cutes nostræ tanquam furnus *seu clibanus* atratæ *seu denigratæ* sunt. *Ut enim hic frequenti ignis combustione fuligine & atro colore aspersus horridam induit faciem, sic famelici Judæi torvum vident, frontem caperant, nares corrugant, & ad summam, cutis ipsa velut concrescit & contracta præ macie obduratur (suprà c.4,8. Confer etiam c. 2,19. 4,4. & c.)* propter procellas *ac tempestates horridas* famis, *Lutherus* für dem gräulichen Hunger. *Sicut enim procellæ ingentes obvia quæq; sternunt, ita fames dejicit vires corporis.*

Furnus.

עור

כמר

Πελιδνός.

עור *potius reddiderim etiam hìc cutem quàm pellem. vide suprà c.3,4. & 4,8, unde Lutherus vertit,* Haut *non* Fell / *De verbo* כמר *quædam habes Hos. 11,8. LXX. non malè pro subjecta materia vertunt per* Πελιδνόω, *id est, livore suffundi, siquidem* Πέλιος *propriè est nigror, qualis sanguinis subter cutem collecti ex ictu aut alio aliquo casu. Iidem tamen perspicuitatis ergo adjiciunt* σωεσταλῆσαν *contracti sunt, quemadmodum mendici* συσπώμενοι *incedere dicuntur, id est, adductis seu contractis scapulis.*

זלעפה

זלעפה *autem notat præsterem, procellam celerrimam ac gravissimam: hîc verò metaphoricè pro fame vehementissima & ingenti accipitur. LXX.* καταιγίδων *emphaticè efferunt. Vide Aristotelem de mundo. Etiam Psal. 11, 6. & 119, 53. Calvinus cum priori membro hujus versus confert contrariam promissionem, quæ extat Psal. 68, 14. Etiamsi jacueritis inter duas strues lapideas, tamen* Ps. 68, 14. *eritis similes alis columbæ tectæ argento, cujus pennæ sunt ex fulvo auro effosso in quæ verba sic scribit Tremellius. Licet in summis angustiis, sordibus & squalore vixeritis (metaphorâ ductâ â calonibus & lixis castrensibus, qui à ventorum & cœli injuriâ utcunq; se defendunt noctu delitescendo inter lapides focarios, & proinde omnem in partem fuligine & atrore maculantur) splendebitis tamen atq; fulgebitis, & ab omni atrore vindicabimini, ut reluceatis velut alæ nitidissimæ columbæ, quasi de argentatæ scapo & pennis de auratæ essent.* זלעפה

L. C. Qui sunt in quærendo pane cœlesti pigri, redduntur quandoq; ex penuria nigri, & qui non curant monitorum Dei salubritatem, experiuntur non rarò famis sævissimam tempestatem, Amos 4, 6. 7. 8. 9.

Vers. 11.) Vidimus multas miserias; nunc porrò proponet Jeremias aliquot contumelias, quibus affecti sunt Judæi, & primum quidem genus continet 1. violenta uxorum seu conjugum adulteria, 2. virginum stupra. Mulieres *& matrones honestas* Sione *hostes* oppresserunt *ac stupraverunt,* & virgines in civitatibus Judæ. Stupra. *Volebat DEus maximè in suo populo regnare honestatem ac castitatem: eam autem cùm multi non curarent, imò variis modis violarent, idq; impune, dum in tales non animadvertebat magistratus, per quod peccarunt sunt puniti, & mulieres ad stupra raptæ, quemadmodum antea ob fœdas libidines ex terra Canaan priores incolæ sunt ejecti. Lev. 18, 24. 25. 27. 28.*

De voce נשים *dictum est v. 20. c. 2. Verbum* ענה *propriè* ענה *significat afflixit sup. c. 3, 33. humiliavit; peculiariter autem notat compressit, subegit pudicitiæ violandæ causâ, Gen. 34, 2. Deut. 21, 14. estq; euphemismus scripturæ frequens, quæ castè loquitur, ut & nos* Euphemismus. *discamus, non modò esse casta mente, sed & linguâ & auribus. Lutherus h. l. verbum Hebræum vertit,* sie haben geschwächt. *Vide plura in Exerc. biblic. lib. 3. edit. 3. pag. 806, 807.*

L. C.

L. C. Multarum mulierum luxuria tandem castigatur militum insolentia, ipsisq; illata injuria, & quæ decus castitatis retinere non multum annitebantur, postea eodem contra voluntatem à fœdissimis privabantur.

Vers. 12.) Sexus fœmineus quâ contumelia affectus, & quomodo afflictus sit, audivimus: nunc de dignitate principum & ætate senum quomodo & illa utraq; sit injuriosè tractata, addetur, ubi notandum illatum 1. Principibus suspendium 2. senibus opprobrium. Principes manu istorum *Chaldæorum* suspensi sunt (die Fürsten sind von ihnen gehenckt) & facies senum non sunt affectæ honore, *sunt irreverenter habitæ su. v. 16. c. 4. Lutherus*, und die Personen der Alten hat man nicht geehret *LXX.* πρεσβύτεροι ἐν ἐδοξάσθησαν.

Calvinus cum quibusdam Hebræis affixum reciprocè interpretatur, & existimat, ita magis exaggerari calamitatem, quæ fuerit tàm ingens, ut sibi principes manus violentas ex desperatione præ atrocitate mali intulerint. Vulgatam explicationem præfero, siquidem magis est verisimile, tum esse multos principes affixos patibulis, quando regi effodiebantur oculi. A. Rad. תלה *quæ h. l. extat in Niphal, est* תלוי, *id est suspensus, quo nomine blasphemi Judæi Christum pro nobis crucifixum, & matrem ejus* תלויה, *id est, suspensam appellant per ignominiam. Vide Schindlerum in Lexico.*

Magnates negligentes.

L. C. Magnates quando nocentes plectere negligunt, ipsi pœnam eorum ferunt, Num. 25, 4. 1. Reg 20, 42. Confer Rom. 13, 4. & quum suam potentiam non referunt ad DEI gloriam, DEus ipsis indit ignominiam.

Vers. 13.) Sic absolvitur ætas senilis, nec meliori sorte utitur ætas 1. juvenilis, vel 2. puerilis. Juvenes *etiam electos seu lectissimos* בחורים, *ad* molam auferunt, *in pistrinum deportant, imò dant præcipites, ut Comicus optimè videtur emphasin verbi Hebræi* נשאו נשא *exprimere, ad officium quod q; abjectissimum & durissimum adolescentes ingenuos raptant, quale vel maxime erat, molam circumagere, seu verius, pro ratione illius temporis, pistillo frumentum contundere seu saxo frangere, ut poëta canit, quod erat servorum & quidem abjectissimorum, uti patet ex comœdiis & veteribus scriptoribus, nec desunt ejus rei indicia in sacris, Exod. 11, 5. & 12, 29. Jud. 16, 21. Esa.*

Esa. 47,2. & *porro* pueri *ex honestis parentibus nati* sub ligno, *quod ferre coguntur supra vires,* corruunt, *quum habeantur infra omnes calones ac mediastinos, quibus non imponitur majus onus; quam cui sint ferendo: In his autem Judæorum liberis exiguntur servitia supra id quod possunt, adeo nulla in victos usi sunt misericordiâ, & adeo sæva est & barbara horum hostium credulitas, quæ hisce tribus versibus fuit descripta.*

Lutherus prius membrum ita exponit: Die Jünglinge haben Mühlstein müssen tragen. *In textu Hebræo est* טחון *infinitivus Cal. sine* ה, *quod solet in hac constructione adhiberi, quod notat ad molendum. Licet verò illa machina, quâ jam comminuuntur frumenta vocetur mola,* (*quemadmodum multa alia nova & meliora inventa, quæ successerunt rudioribus prioribus, idem nomen hodiè obtinent, quanquam in re non per omnia vel etiam parum conveniant*) *tamen dubium non est quin potius pistrinum, quod à pinsendo nomen habet, vel simile quid intelligatur. Abundet tamen etiam hic quisq; suo judicio, & qui volet, videat Pancirolum in libro, cui titulum fecit: NOVA REPERTA. tit.* 22. *in sequenti autem membro, quod simpliciter, ut verba sonant, intelligo, non puto cum quibusdam Rabbinis & Vatablo per lignum manubrium molæ trusatilis accipiendum esse, vel in ligneo patibulo esse suspensos, ut alii quidam cum Chaldæo volunt videri explicare, sed quod sub lignis vel lignorum fasce, quæ portanda ipsis imponebantur, pueri sint ipso onere gravati ac depressi in terram prolapsi sint, ideoq;* (*ut Calvinus etiam censet*) *nimis acutus hic fuisse videtur autor vulgatæ versionis Latinæ* (*in LXX. stuporem mireris, qui vertunt admodum male* ἐκλεκτοὶ κλαυθμὸν ἀνέλαβον, *qui quid legerint pro* טחון *non facilè conjecturâ assequaris, num* יבון) *qui hîc etiam esse* εὐφημισμὸν *quendam existimat, ubi molere sit ex verbis nuptis, remq; obscœnam, quam* ἀρσενοκοῖται *faciunt, denotet: vertit enim, adolescentibus impudicè abusi sunt. Non ivero quidem inficias ailbi in sacris verbum molere in usurpari Job.* 31,10. *molat alteri uxor mea, id est, sit adultera & scortum alterius, ob subjectam materiam & sequens comma. Non tamen propterea statim alia scripturæ loca hunc in modum interpretari cogimur, quod fecit Hieronymus. vid. Drus. in Quæst. & respons. l.* 2. *quæst.* 38. *& Commentatores in Horatii l.* 1. *Sat.* 2. *vers.* 35. *Item in Lucill. & Petronium. Verùm ista obscœna obscœnis ethnicis relinquamus, maximè quum h. l. nullum sit indicium, cur ad istam explicationem sit descendendum.*

טחון

Nova inventa.

Molere.

Job. 31,10

כשל

Verbum כשל *refutat illos, qui ultimum comma de ſuſpendio exponunt, id etiam notat pedem in terra offendere, impingere, labi.*

L. C. Sæpe à ſuis parentibus nimis delicatè educati ab hoſtibus nimis crudeliter ſunt tractati Eſa. 3. Et qui antea omnem laborem honeſtum, quem Deus ſevere mandavit Gen. 3. fugiebant, nunc onere nimio preſſi cadebant & vitam vix trahebant.

Verſ. 14.) Nunc porrò multis ſignis totale excidium urbis & regni Iſraëlitici deſcribit, poſtquam captivorum miſeriam expoſuit. Ex ſine dubio eſt illa urbis ruina horribilis, ubi nulla ſpecies amplius judiciorum vel legum nulla convivia publica celebrantur, ſed omnia barbarie, luctu & ſqualore jacent obſita. Sic Jeroſolymæ videas nullam ſupereſſe imaginem vel umbram 1. judiciorum 2. conventuum publicorum, unde (quod exaggerat Calvinus) cetera facilè quis conjiciat. Senes è portâ, *ubi judicia ſolebant exerceri,* ceſſant *à judiciis & forenſi conſeſſu, omniq; juſtitiæ adminiſtratione, & ceſſant* juvenes à modulatione ſuâ, *quâ ſolebant publicè per choros canere, Deum laudare, fortia facta aliorum celebrare, ſeq; ad pietatem ac virtutem excitare.*

Hîc non eſt, quod nos moremur, quum omnia ſint & facilia & ſuperiùs explicata, vide ſupra c. 1, 4. & 2, 9. & 3, 14. 63.

L C. Ubi judicia corrumpuntur, Dei judicio tolluntur & ubi cantiones pravæ audiuntur, omnes concentus & conventus inhibentur.

Verſ. 15.) Et jam minatus erat Deus Jer. 7, 34. & 16, 9. & 25, 10. ſe ablaturum vocem gaudii & lætitiæ terramq; reducturum in ſolitudinem. Ejus comminationis complementum & hîc cernimus, ubi conqueritur, ceſſare gaudium 1. cordis interius 2. chori exterius. Ceſſat nunc & agit otium benè longum gaudium cordis noſtri, converſus eſt in luctum chorus noſter. *Eſt autem vita minimè vitalis, imò morte acerbior, in qua eſt continuus luctus, & triſtis rerum omnium facies. Nam ſi non ſis, qui fueris, non eſt, cur eſſe velis.*

מחול

Rythmus etiam hic quidam occurrit, מחלנו לבנו מחול *autem ſignificat chorum, in quo tripudium. Vide exemplum Exod. 15, 20. 1. Sam. 18, 6. 7.*

L. C. Ubi non canunt aut gratias agunt homines Deo ex corde, ibi non audiuntur tandem chordæ, & ubi nullus pietatis fructus, ibi oritur tandem perpetuus luctus.

Verſ. 16.) Ad ſummam, quæcunq; hactenus ſunt declarata, huc redeunt denique, ut deſcribatur 1. Judæorum miſeria, 2. ejus cauſa, quæ

ſunt

sunt peccata. Hæc epitome hujus threnodiæ est in hoc versu. Cecidit corona capitis nostri, *omnis decor & gloria, quibus aliis populis antecellebamus (quomodo quod in genere dicitur, sine causa urgente a plerisq; interpretibus coarctatur, quorum sententiæ omnes in hac explicatione includuntur, & rectè conciliantur; siquidem in statu Ecclesiastico corona populi Judaici fuit, præsentia Dei gratiosa & miraculosa, cultus ille Dei variis ceremoniis ac ritibus à Deo ipso ordinatus ac ornatus, item templum sumptuosissimum juxta ac pulcherrimum. In statu politico regnum, quod per coronam seu regni diadema denotatur Ez. 21,26. 1.Chron.20,2. Ps.21,14. Jer.13,18. In statu Oeconomico omnis ornatus gloriosus gaudium & festivitas, quando quidem veteres in nuptiis & conviviis utebantur coronis serisq; fragrantibus, quæ omnia hanc gentem hactenus felicem præ omnibus gentibus in toto orbe quasi coronabant, quibus omnibus jam privati erant Judæi captivi) ergo* væ nunc nobis, quia peccavimus, *& nos ipsos flagitiis nostris indignos tam nobili corona reddidimus? Sicut enim virgo, ubi devirginata est extra conjugium, coronam amplius gestare non permittitur,* Sie hat das Kräntzlein verlohren: *sic etiam hæc Dei sponsa idololatriâ & spirituali adulterio ubi se polluit, coronâ suâ privata est, omniq; decore, quo Deus illam affecerat.* Corona populi Judaici.

Rythmum etiam hic observes licet ראשנו לנו חשאנו. *Coronæ autem vocabulum ita pro quovis ornatu glorioso accipitur hinc inde Job 19,9. Prov.4,9. & 12,4. & 14,24. Es.28,5. & 62,3. Ez.16,12. 1.Cor. 11,7. Phil.4,1. 1.Thes 2,19.* Corona.

L. C. Ubi non ornat homines DEi timor, mox amittitur omnis decor, & si quis non in semitis domini vadit, unde rectè semper præcones verbi clamant, vanis, qui peccare amant. Decor perit.

Vers.17) Ex hac miseria tanta non potest non oriri summus dolor, quo infirmantur & afficiuntur gravissimè cùm animi, tùm corpora, idq; jam depingitur, 1 per cordis palpitationem, 2. oculorum obtenebrationem. Propter est hoc languidum cor nostrum, *ob summam miseriam summus dolor & angor nos occupat & propter hæc, quæ hactenus recensui,* obtenebrati sunt oculi nostri, *cujus signum certissimum, quando oculi desubitò caligant. Lutherus,* Unsere Augen sind finster worden/ *& in margine,* das Gesichte vergehet uns/ und ist alles schwartz für den Augen/ für grossem Jammer und Leid. *Vide supra c.4,17. & confer 1. Sam.14,28. Psal.6,8.*

Rhythmus idem recurrit ל בנו עינינו *de vocabulo* דוה *sup. 1,13.*

L. C. Ubi pietas langueſcit, ibi cor præ mœrore tabeſcit: & ubi ſuperna non curantur, oculi tandem obtenebrantur.

Verſ. 18.) Non ſua mala deflet, ſed publicas clades dolet Jeremias, qui in perſona populi hæc loquitur, ideoq; hic etiam deplorat urbis ſanctæ 1. deſtructionem, 2. ſummam ſolitudinem. Propter montem Sionis, quia deſolatus eſt, *& imprimis, quia templum eſt dirutum* per quem *montem* vulpes eunt liberè *ſeu obambulant, Pſal. 12. ult. Eſtque nunc illa populoſa urbs, illa firma arx, illud pulcrum templum mera vaſtitas & velut fovea vulpium. Ita DEus ex ſummo loco dejecit Jeroſolymam, non autem fortuna hæc fingit, arctatq; ut libet, & hinc factum, ut feræ, quæ alias conſpectum hominum fugiunt, eo in loco conſpiciantur, ubi Solyma fuit. Ita enim malim proprie hæc accipere, quam vel vulpes hoſtes Eccleſiæ hîc intelligere, ut Cant. 2,15. Conferantur quæ ſuperiùs dicta ſunt c. 4,3. Hoſ. 9,6. & 10,8. Pſ. 102,7 8.*

Vulpes eunt liberè per Jeroſolymam.

L. C. Urbs deſolatur, in qua verbum Dei non purè prædicatur, & ubi homines feris & brutis ſimiles redduntur, tandē illis feræ immittuntur.

Verſ. 19.) In eo fuit multus Propheta hinc inde, ut oſtenderet, non caſu aut forte fortuna tanta mala accidiſſe, verùm divinitus eſſe immiſſa: nunc autem tandem ad Deum eundem oculos attollit, animum elevat, & concludit, quod ipſe non modò judicet & regat omnia, verùm etiam diligat homines, ideoq; etiam non poſſit ſuum populum, vel ſaltem pias ejus reliquias, ita planè rejicere, quin tandem earum miſereatur, quod ut faciat, & reſtituat diu afflictos, rogat, fere ad eum modum, quo in Pſalmo 102 fundi preces videmus.

Deus tandem miſeretur. Pſ. 102, 13.

Quando enim autor ejus in perſona populi ſuam miſeriam expoſuiſſet, ac ſuæ urbis ruinam præſuppoſuiſſet v. 13. ita infit: Tu autem Jehova in ſeculum permanes, & recordatio tui in generationem & generationem, & tandem quaſi ſeipſum revocet, quid dico de ruina urbis, totus olim hic corruet orbis, at tu DEus ſemper unus & idem es. Etiam tui ſancti non poſſunt planè perire, ideoq; eorum miſereberis propediem v. 14. 27. 28. 29. Eadem fere verba omnia hic reperiuntur, ubi explicat Dei 1. in eſſendo æternitatem 2. in regendo æquitatem. Tu vero ô Jehova in ſeculum ſedebis *ſeu permanes*, & ſolium tuum eſt in generationem & generationem *ſeu quamcunq; ætatem*, Dein Thron für und für: *Nos quidem ob peccata noſtra ita miſerè & juſtè perimus*

Dei æterna ſtabilitas.

perimus ac corruimus, sed tu non mutaris, ideoq; ad te opitulatorem confugimus, tu nos quoq; sustenta. Tu non tantum naturâ, sed consilio etiam & voluntate es constantissimus, quam olim nobis declarasti in fœdere, cujus te nunc in his precibus commonefacimus, & fore speramus, ut nos, quod es pollicitus conversis, Deut. 30. in gratiã recipias.

De voce Jehova in Ps. 1, 2. & alibi hinc inde. לעולם *explicatum est c. 3, 6. 31.* תשב *c. 1, 1. 3. & 4, 21. & 3, 6.* כסא *Ps. 9, 5. 8.*

L. C. I. In nostra instabilitate & fragilitate cogitemus de Dei Immutabilitate.

II. Quando omnia videntur moliri ruinam, revocemus nobis in animum Dei justitiam & paternam providentiam Ps. 55, 23. Esa. 43, 1. Psal. 124, 1.

Vers. 20.) Parum autem prodest, scire Deum esse æternum rerum creatorem ac conservatorem, terræq; justissimum judicem, nisi scias & firmiter credas, ipsum etiam esse tuum in Christo patrem, tibi propitium ac placatum. Hac de causa statim ad misericordiam Dei confugit Propheta, proponens Deo 1. ipsius infinitæ clementiæ magnitudinem 2. hujus populi miseriæ longitudinem, argumentum ducens ex Ps. 103, 8. 9. 10. non in æternum litigat, neq; in seculum iram asservat, sed, ut pater miseretur filiorum, ita ipse timentium ipsum. Proponit autem hoc per interrogationem rhetoricam, quæ responsionem negativam innuit. Confer Ps. 13, 2. Quare in perpetuum, לנצח, obliviscereris nostri? *Hoc est contra tuam naturam, contra promissum, ideoq; ne quidem velle hoc potes, sed neq; iram hanc diutius servabis: quare illa enim particula sub initium versus posita hîc* ἀπὸ καὶ κοινοῦ *repetenda est. Vide in Ps 3, 2.)* derelinqueres nos per longitudinem dierum, *Ps. 23, 6. quamdiu longa erunt tempora? non facies, refice & consolare nos citò pro tua paterna bonitate. Ita inter spem & metum (quod ad corporales afflictiones) Deo se commendat, eiq; adhæret Ecclesia, donec juvat, q. d. etsi videris nos abjecisse, tamen, quia pater noster es, non perdes omninò.* Ps. 103, 8.

Rythmus idem recurrit, qui suprà sæpius תעזבנו תשכחנו. *De reliquis vocabulis actum non agam. Lutheri versio est dilucida.* Warum wiltu unser so gar vergessen/und die lange so gar verlassen.

לנצח *LXX.* εἰς τέλος, *non placet.*

L. C. Deus quidem suos miseriâ afficit, sed non planè abjicit, verùm cùm ipsi visum, reficit, derelinquit pauculo fervore, sed recolligit æterno amore Es. 54, 7. 8.

Vers.21.)Quicquid autem hoc est, quod jam peritur, & divinæ potentiæ, imò omnipotentiæ opus, quam ut olim DEus satis luculenter in hoc suo populo vindicando ac beando probavit, ita nunc eandem in reductione populi captivi promissa declarari optat. Duo autem petit, 1. præsentis captivitatis solutionem 2. prioris libertatis restitutionem. Reduc nos, *restitue converte* Jehova ad te, *da ut nos peccatorum, quibus hanc captivitatem accersivimus, ex animo pœniteat (siquidem sine vera pœnitentia nemo abs te recipitur in gratiam)* ut *ita* revertamur, *Lutherus*, daß wir wieder heimkommen. *Confer Ps. 80, 4 8.20.*

Renovare dies. *id, ut fieri possit, exsere potentiam*, renova dies nostros *hosce malos*, ut quondam *feceris, diebus priscis supra c. 1,7. & 2, 17. quando mirabiliter educebas populum tuum afflictum ex servitute durissima Ægypti, & in terram sanctam promissam potenter deducebas, fac ut nunc quoq; ex tua gratia florere incipiamus, quemadmodum floruimus sub Davide, Salomone & aliis nonnullis felicibus regibus. Si enim nos ad te ex animo conversi fuerimus per pœnitentiam, tu, quod pollicitus es, ad nos te convertes, per tuam potentiam, & quod olim erat tibi facile, hodie non erit difficile, videlicet miseros liberare. Confer Job. 29,2. &c. De promisso autem in genere facto Judæis vid. Lev. 26, 40. 41. 42. 43. 44. 45. & in toto capite 30. Deut.*

Dei gratia in conversione. *L.C.I. Dei in conversione nostri est gratia antecedens, subveniens, & subsequens, quemadmodum hîc Jesuita Emanuel Sa agnoscit necessitatem gratiæ Dei, quam ne de justificatione prima (quam vocant) accipere possit, sequentia vetant, ubi pœnitentia talis describitur, quæ Deo placeat, & effectum benevolentiæ divinæ sentiat. Conf. Jer. 31, 18.*

Dies mali, boni. *II. Ille dies mali sunt à DEO irato, sic dies verè boni (ubi est conscientiæ tranquillitas &c.) à Deo placato, qui antiquatum bonum innovat, imo hominem spiritualiter mortuum vivificat.*

Deus non permittet omnes desperare. *Vers. 22.)Ex contrario concludit, si Deus non respiciat eos clementer, metuendum esse, ne plane desperent omnes, quod quia erat horrendum, exprimere noluit sed cuivis cogitandum reliquit. Duo igitur hæc continet hic versus, 1. quod nulla sit speranda conversio vel rerum mutatio, 2. ubi non cessat Dei indignatio.* Quia כי *alias non possumus converti, nec dies nostri innovari, (quod deprecor & abominor, ideoq; non proloquor)* si tu ô Jehova spernendo sperneres nos, *porrò etiam ita, ut feceris, abjiceres & relinqueres nos, imo velut abominabiles repelleres, &* si, *quod hactenus sensimus & adhuc dum sentimus,* effer-

efferveſceres nos contra admodum *vel ſupra modum (ut nobis quidem videtur) quum tu tamen nunquam eum excedas,* ער—מאד *usq; valdè ſeu maximè. Contrà verò potiùs lætifica nos, quando dies jam multos afflixiſti nos, & poſtquam multis annis experti ſumus malum, perſpicuum ſit erga ſervos tuos opus tuum, & decor tuus in filiis eorum. Deniq; adſit amœnitas Jehovæ Dei noſtri nobis, & opus manuum noſtrarum inſtitutas in nobis Pſal 90, 15. 16. 17.*

Variè hunc verſum interpretes exponunt & præcedentibus conjungunt. Oritur illa varietas ex particula ſub initium verſus poſita כי אם *quam plerique pro una accipiunt, quum tamen (quod annotat Tremellius & Junius) Hebraicæ diſtinctiones aliud doceant, quæ demonſtrant, eſſe duas dictiones, LXX. ὅτι, Lutherus* denn/ *quia, ut ſit ſenſus: tu hactenus nos ſatis afflixiſti, idcirco nos denuò jam recreas malis feſſos, quaſi ſit nova ratio, cur Deus debeat exaudire jam fuſas preces; Chaldæus Hebræa videtur tantum vertere* ארום אלהן. *Vulgatus Latinus & cum eo multi alii, per ſed, adverſativam reddunt, & quia tum ſententia & finis hujus libelli eſſet durior, quàm afflictis & piis conveniat. Judæi penultimum verſum repetunt & ſine punctis apponunt, qua de re dictum eſt ſub finem Malachiæ, ſic ſentit Rabbi Salomo Jarchi, nec multum abit inde Vatablus, qui putat propterea id fieri hoc loco, quia ſententia pendeat, quam quidam ita ſupplent: Hactenus omnino nos rejeciſſe videris, quum effudiſti in nos omnes iram tuam. Ergo precamur ut in ira miſericordiæ recordatus mitiges calamitates, & nos priſtino favore complectaris, quandoquidem in pœnitentia ac invocatione ad te confugimus. Emanuel Sa ſubjicit, ſufficere jam poſſet tanta punitio peccatorum noſtrorum. à Caſtro; Jam ſatis iratus es, & tantis inflictis ſupplicüs tuæ iræ ſatisfeciſti, idcirco miſerere.*

Quid כי hoc loco.

Calvinus per etſi, effert, licet ſis valdè iratus, tamen quæſumus, deſine irarum, pater alme, parce. Tremellius & Junius interrogativè explicant: Nam an omnino ſperneres nos? efferveſceres contra nos admodum? *ſupra modulum noſtrum pro infinita potentia tua, quæ ipſis videtur ætiologia pathetica, quâ permovetur Deus ad miſericordiam ab antegreſſo fœdere.*

Cur ultimo verſui aliquando alius apponatur.

Alias ſignificat כי אם, *quod plerumq; per Maccaph conjungitur, quod ſi, etiamſi, ſed, niſi, quum. Vide Lexicographos. De verbo* מאס, *quod notat, faſtidivit, repulit, abjecit projecit, ſupra quædam vid. c. 3, 45.* קצף *vid. Joel 1, 7. Zach. 1, 2. 15. & 7, 12 Græci non male reddunt illud prius per* ἀποβλέπω, *Lutherus* verworffen. L. C.

כי אם
מאס
קצף

L.C.I. Sine Dei numine, nihil est in homine.

II, Quem Deus omnino spernit, perdit, quem reprobat, damnat, & contra quem vehementer efferveſcit, hic coram eo conſiſtere neſcit: Deus Pater verò miteſcit, quum homo in fide ad Chriſtum confugiens ingemiſcit. Pii autem licet à Deo deſerti videantur, tandem tamen eluctantur, quia per Spiritum S. confirmantur.

Doctrinæ generales 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Doctrinæ generales poſſunt etiam hic notari ſequentes. I. Quàm neceſſaria ſit & utilis precatio, cujus hic quædam veluti ſolennis formula. II. Quàm horribilis malorum belli enumeratio, ideoq; cavenda ſunt peccata, quibus illud attrahitur. III. Quanta malorum ilias ſit annonæ caritas. IV. Quanta hoſtium victorum crudelitas. V. Quæ præcipua cauſa lamentationis. VI. Quæ argumenta deprecationis.

Epilogus.

Faxit autem Jeſus Chriſtus *Rex & caput ſuæ Eccleſiæ, ut ira hos Threnos hiſce miſeris temporibus rimemur, ut à gravioribus & imminentibus dulciſſimæ noſtræ patriæ malis, peccata agnoſcentes, veniam poſcentes, in fide vera & caritate ſincera creſcentes liberemur, ac tandem ex inſtantibus ac urgentibus damnis ac miſeriis ejus ope feliciter eluctemur, ita fiat, AMEN.*

FINIS.

Matth. 11. *v.* 17.

Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε,
ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

Eine Klage GOTTES über die arge undanckbare Welt.

GOTT unſer HERR ſo zu uns ſpricht:
Ich bin Ewig/ Ihr ſucht mich nicht/
Ich bin allmächtig/ Ihr fürcht mich nicht/
Ich bin barmhertzig/ Ihr trauet mir nicht/
Ich bin Warhaftig/ Ihr glaubt mir nicht/
Ich bin Gerecht/ Ihr ehret mich nicht/
Ich bin der Weg/ Ihr wandelt mich nicht/
Ich bin das Licht/ Ihr ſehet mich nicht/
Ich bin das Leben/ Ihr begehrt mich nicht/
Ich bin Weiſe/ Ihr folget mir nicht/
Ich bin ein Lehrer/ Ihr fragt mich nicht/
Ich bin Reich/ Ihr bittet mich nicht/
Ich bin ſchöne/ Ihr liebet mich nicht/
Ich bin edel/ Ihr dienet mir nicht/
Werdet ihr nun verdammt/ ſo verweiſet mirs nicht.

INDEX.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0220
DFG

INDEX I.

Dictorum Scripturæ, quæ in hoc Commentario breviter illustrantur.

Genes. 7, 16. p. 140
10, 9. 137
18, 27. 119
19. 24. 148
21, 9. 107
46, 22. 17
Numeror. 11, 1. 126
1. Samuel 9, 2. 39
2. Samuel 2, 8. 86
16, 5. 125
16, 12. 26
Job. 31, 10. 193
Psalmo 12, 9. 30
36, 7. 125
40, 13. 93
68, 14. 191
77, 11. 96
78, 25. 38
99, 16. 58
102, 13. 196
103, 8. 197
109, 18. 19. 148
115, 3. 125
Proverb. 1, 17. 138.
Esaiæ 26, 19. 99
40, 2. 179
Jeremiæ 16, 16. p. 138
33, 16. 12
36, 23. 3
Ezechielis 37. cap. 99
48, 35. 13
Danielis 4, 27. 189
9, 24. 179
Hoseæ 14, 2. 107
Michæ 2, 13. 19
Nahum 2, 7. 180
Syrac. 25, 3. 48
Matth. 2, 18. 188
6, 34. 52
12, 39. 37
27, 9. 3
Lucæ 12, 49. 34
Johann. 2, 19. 62
Actor. 1, 4. 82
Roman. 1, 28. 125
4, 5. 71

1. Corinth. 4, 13. 118
15, 4. 37
15, 47. 136
16, 22. 44
2. Thess. 2, 11. 29

II. INDEX.

Autorum, qui in hoc Commentario allegantur.

Aben Esra
Aristoteles
Augustinus
Bacmeisterus
Becmannus
Bellarminus
Beza
Bohemus
Bonaventura
Brigthmannus
Buxtorfius
Calixtus
Calvinus
Carion
à Castro
Catullus
Cavallerius
Chaldæus
Chrisostomus
Claudianus
Copernicus
Damascenus
Dionysius
Drusius
Elias
Enjedinus
Fagius
Flacius
Frantzius
Fullerus
Gerhard
Gisanius
Glassius
Hafenrefferus
Helvicus
Helvvigius
Herodotus
Hieronymus
Homerus
Horatius
Hunnius
Hugo

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0222
DFG

Jarchi
Josephus
Junius
Kimchi
Kyberus
Lipsius
Lucanus
Lucianus
Lucretius
Lutherus
Lyra
Lyserus
Mentzerus
Munsterus
Nathan
Nebrissensis
Ovidius
Pagninus
Pancirolus
Paschasius
Philo
Piscator
Plautus
Plinius
Propertius
Rabanus
Reuchlinus
Ribera
Rittershusius
Sa
Schindlerus
Scultetus
Sedulius
Septuaginta
Serarius
Sigvvartus
Tarnovius
Taubmannus
Tertullianus
Terentius
Thomas
Tremellius
Vatablus
Virgilius
Vulgatus latinus interpres

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0223
DFG

III. INDEX.

Vocum hebræarum, quarum Etymologiæ, Emphaſes, proprietates, vel Differentiæ explicantur.

אבר	p. 71	בג	p. 77	גלח	p. 179		
אביר	38	בגד	12	גמול	146		
אדני	39	ברר	9	דבק	156		
אדם	127	ב בוז cum	167	דגן	77		
אהב	13	בחור	39	דוב	103		
אולי	118	ביד	70	דוה	33		
איכה	49	בלע	60	דלק	175		
איש	89. 127	בער	62	דמה	74		
אך	83	בקרים	114	רמע	12		
אל	141	בקש	30	דרך	64		
אל i. e. cum	129	ברח	166	דרש	116		
אלמנ	9	בשר	166	הגיע	60		
אם	184	בת	20	הוי	45		
אם	31	בתולים	17	הבפיש	109		
אמונ	114	גאר	142	הנח	185		
אנך	127	גבר	127	העיר	79		
ארמנות	66	גדר	100	הפך	159		
ארץ	58	גרע	62	הפך ידו	96		
אשפ	158	גוים	10	השיב	30. 112. 146		
אשר	84	גוע	47	השל יך	56. 57		
את	26	גזר	139	השמיד	148		
ע pleonaſtice addi-tum	43	גזית	101	ון i. e. ut.	100. 116		

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0224
DFG

זלעפה p.191
זלת 30
זמם 84
זמן 17
זנח 69.109
חטאים 127
חוצה 88
חיים 139
חל 72
חלק 115
חמס 67
חמר 48
חנם 137
חפש 128
חקד ibid.
חרי אף 62
חרם 43
חשב 71.94. 144
טבע 73
טוב 110. 116. 164
טחן 193
טמאה 26
טפחים 90
יד 22.159
יכל cum ellipsi 169
ימין 62
יענים 155
יצת 167
יקרים 152. 153
ירושלם p.22
יש 118
ישב 9
ישורון 58
ישראל 58
כ 9. 139. 49. 64. 184
כהן 17
כי 28. 198
כל 29
כמר 190
כסף 184
כשל 194
כתם 151
ל deficit 96
עם pro — 107
את — 158
בעבור — 116
לא pro הלא 31. 123
לחם 29
מ comparat 136
negat 131. 164
מס 10
מאס 199
מאוס 133
מגנה 147
מדינה 10
מוער 17
מחורי p.194
מטרה 105
מס 10
מצה 73. 83
מר 17
מרד 46
מרורים 22
מרום 33
משבת 22
מתחת 148
נאד 153
נאנח 17
נאר 69
נאות 60
נבל 73
נבר 153
נגאלן 169
נגד 116
נגר 135
נדה 24. 43
נדוי 43
נהג 96
נוגות 17
נזור 160
נחלה 183
נכרי 183
נערה 17
נפש 88

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0225
DFG

	p.
נצב	64
נשׂא	188
נשא פנים	172
נשים	89
נשקר	35
נשר	175
נתן	86
סבל	188
סורר	103
סחי	132
סלה	38
עבד	15
עברה	60
עוד	173
עול	117
עין	81
עור	190
עולם	98
עורים	169
עות	123
עטף	76
עין	41
עלה	36
עלה	21
עלמה	17
עם	9
עמם	151
ענה	191
עץ	185
עצם	33.161
ערוה	24
ערת	17
פ cur præponatur	
ע	85
פה	46.124
פלאים	26
פנינים	161
פרס	157
פרק	189
פרש	43
פשח	104
צדיק	45
צור צרח	137
ציון	16
צמת	139
צעק	85
קדש	152
קהל	28
קו	71
קום	36.87
קינות	5
קמי	145
קץ	174
קצף	199
קרא	47
קרב	39
קרן	62
ראש	98
רב	9.114
רב ריב	142
רדף	20
רדף	131
רום	33
רוחה	141
רחמים	113
רנן	87
שאת	134
שוח & שוח	112
שחק	107
שמי יחוה	148
שלה	19
שמם	158
שמים	57
שמתי	43
שנה	151
שפך	64
שרג	36
שרק	82
תאלה	147
תלאה	98
תלוי	192
תמם	113
תנין	154
תשובה	80

Et

INDEX.

Et Græcarum.

Ἀνάθεμα } Ἀνάθημα }	p.44	Μετὰ	p.37
Ἀνταπόδομα	146	ὁλὴ	28
Διχοζωμεῖν	172	Πελειῶδαι	190
Κακία	52	Πλὴν	83
Λογίζομαι	94	Προσωποληψία	172

IV. INDEX.

Rerum & verbornm memorabilium.

Abstractum pro concreto exaggerat	p.18	Antimeria	p. 126
Ἀκρόστιχα sacra	5	Antitheses	8
Ædium vastatio	61	Aquæ, i. e. calamitas	139
Ædificare	84	Aquilæ cœli	174
Æstimatio veterum	152	Argumentum capitis 1.	7
Affixum vertitur passive	144	2.	55
Afflictionis utilitas	23	3.	92
Afflictio Jerosolimorum maxima	78	4.	150
cur Affligamur	130	5.	181
Alphabethum hebræorum in uno versu biblico	6	Ἀσύνδετον	83
Amant homines maxime tria	27	Avicula spiritualis	140
Amatores politici	47	Attollere cor	129
Amici	14	Aurum templi	151
Amissa	22	Authentia hujus libri	4
Analysis accurata Threnorum non datur	7	Bella non necessaria	170
Angustia	48	Bona corporalia	28
Anima confertur Sioni	21	Boni & mali simul pressi	40
vilis	30	Cabala quædam	89, 90
		Canis Æsopicus	21
		Christus resurrexit tertia die	37
		unctus Jehovæ	176

Cla-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0227
DFG

Clamor duplex p. 86
Cœli Jehovæ 149
Cœlum, i. e. Deus 57
Conterere sub pedibus 121
Convivium Dei 38
Cor 49
Corona 195
Corona populi Judaici 195
Cornu, i. e. robur 61
salutis 63
Crudelitas matrum 154
Dare manus 186
Defectiones 36
Defossio vivorum 98
Degradatio 27
Dei arma 104
arcus 63.64
benignitas 115
comitia 44
conventus 40
cultus 10
dies 32
facies 172
gratia in conversione 198
justitia 10. 40. 46
immutabilitas 196. 197
manus 34. 36 72. 97
methodus in judiciis 54
os 124
φιλανθρωπία 115
providentia 127. 34
querela 151
sagittæ 106
virga 95. 96
à Deo est felicitas p. 19
malum ibid.
Destruere 84
Detorquere jus 122
Deus afflictos solatur 119
aufert dona 21
bellator 63
bonus 115
cogitat 72
evehit 19
exaudit 142
leo 102. 103
loquitur de se pluraliter 94
miseretur tandem 196
non affligit excorde 122
non permittit omnes desperare 198
non videt 123
obnubilat 55
persequitur 131
præcipit 124
quomodo affligat 120 122
rejicit 119
videt miseriam 25
vocat festum 39
Diabolo traditus 15
Diabolus caput & dux hominis 19
Dicere 110
in corde ibid.
Dies boni 198
mali 1. 198

Dila-

Dilatare os P.82
Disputatores mali 50
Dolor 32.ss.
Ebrietas 30.108
Ecclesia Dei hortus 68
immunda quando? 27
vinea in præfat.
Diaboli 23
Econtrà 50
Edomæorum erga Israelitas odium 178
Effundere animam 77
ut aquam 87
Effundi 64
Ellipsis antecedentis 95
nominativi 52
relativi 95.52
Emergendi modus 126
Ἔνδιὰ δύο 165
Ἐπιχαιρεκακία 51
Esse in caput 19
Etymologiæ malæ vel allusiones 10.175
Evecti magis afflicti 32
Eversio 18
Euphemismus 191
Excidii causæ 61
Excommunication tres species 44
Exilium 15
Expandere manum 27.44.43
Extendere regulam 70.71
Fabula Judaica 73.90
Fames duplex p. 28. miserrima p. 30. 164
Fel 98
Fenestræ cœli 101
Festorum defectus unde? pag. 18
Festorum solennitas 16
Fides in cruce 110.50
Filia Sion 20
Filiæ civitatis 188
Filii pharetræ 106
Filius & filia impropriè 57
Finis respiciendus 26
Fletus duplex, p. 15. verus, 11.41
sicut Flumen 86
Fontes solatii 113
Fulmen 32
Furnus 190
Geminatio auget significationem 24.11
Gloriari in malitia 171
in Hiphil quædam verba significant permisive 28.29
declarationem 59
Homines mali feris pejores 83.84
Homo malus spelunca latronum p.28
Homo testa 154
Honor senum 75
Hortus Dei 67
Humana vana 45
Hypallage 41
Idololatria 24
Jecur effunditur 75
Jehova essentiator præcipiens 127
Jeremiæ libri veri & falsi 6
συμπάθεια 75
Jeremias autor hujus libri 2
Christi quidam typus 11
Ignis signif. metaphoricæ 33
iræ Dei 63

Ignominia p. 24
Imperativi quidam adverbiascunt 87
Imponere pulverem capiti 74
Impii feris pejores 28.83.84
Imprecatio pia 54
Improbi hypocritæ 25
Imputatio duplex 71.93
Infans obruitur 75
Infantes à matribus comesti 90
cur puniantur 76
Inimici inequitant 185
Insulsum 80
Jod paragogicum 9
Ironia 178
Judæorum commentum 173
prærogativa 23
restitutio 179
spes vana 176
Jugum 35
Lapis varius exitii hum. 140
Levare manus } 88
oculus }
Liberi à matribus cocti 165
Loci majestas 59
Luctus signa 74
Lutheri versio 145
Luxuriam penuria sequitur 30
Luxus in cibo 157
Magistratus 123
Magnorum obitus 48
Mala Judæis immissa 151
Masoretharum diligentia 6
Migratio 14
Minare 96
Ministri verbi 163
boni tolluntur 168
Misericordiæ p. 114
Molere 193
Nemesis 70
Nesiræi 160. 161
à Nive simile 161
Noctis vigiliæ 88
Nomen verbale 144
Non amplius 108
Nova inventa 193
Nox. calamitatis nota 12
Nubes 57
Nudare se 178
Oculi deficiunt 173
Opus manuum 146
Oratio mala 42
Oratio submissa rebus adversis 27
Ori Dei rebellare 46
Panis notat omnia quæ edimus 29
Panis lapidosus 100
Paracletus 42
Παρονομασία 134
Participium pro præsenti 41
Patientia 118
Pax 109
Peccata parentum 187
propria ibid.
Peccata grandia 23
magnatum 169
Peccator 59
oa peccatum perit pulchritudo 163
PedesEcclesiæ 27
Permissio Dei 60
Percutere maxillam 118
Pervertere jus 122
viam

viam 102
Phocæ animalia marina 154
in Piel quædam significant declarationem 59
Pii deserti 53
Pistrinum 192
Pius deficiens 210
Plateæ 76
Pleonasmus 83
Pocula tria 108
Poculum Jehovæ 178
Pœnitentia 128
Pœnæ publicæ 165
Ponere os suum in pulvere 118
Populus Israel quis? 106
Portæ festa solennia 16
orationis } 132
pœnitentiæ }
Posteri ex terna mala ferunt 19
Præbere genam 118
Præpositiones compositæ 49
Preces 130. 27
Priucipes impii 21
Προλεγόμενα 2. 3
Pseudoprophetæ 79. 81. 168
Pulveris memor, pœnitens est 75
Pupillus 184
Quies 15
Quis hic liber? 3. 4
loquatur in capite 3. 92
Rabbinorum nugæ 160
non Recordari 56
Reges tertæ 167
Renes 105
Renovare dies 198
Respub. confertur fœminæ 9, 93
viduæ ibid.
Reipubl. caro } 97
cutis }
ossa }
eversio p. 18
Respicere 49.
Restituere animam 29
Rete 33
Rex bonus 178
Sacci 74
Sacerdotum dolor 18
Sagittæ Dei 106
Sal 80
Sapphirus 161
Satanæ retia 35
Satiari 118
Scortari spiritualiter 23
Scabellum pedum Dei 56
Scriptorum duo genera 2
Scripturæ studium 163
Sedere & surgere 145
ut Sementem feciſti, ita metes 40
Servitus p. 15. Durissima 188. 189
Sibilare 81
Silentes 74
Sodomæ subversio 158
Solœcismus vulgati interpretis 114
Spes 53. 110
Spiramentum narium 176
Satus tres 160
Stupra 191
Sursum corda 130
Syllogismus practicus 114
Synecdoche 94
Synonymorum rectio 62
Tempori inserviendum 1

Tene-

Tenebræ	p. 96	Videre i. e. frui	pag. 83
Thesaurus cœli	152	Vidua politica	9
Threni num duo?	4	Vigiliæ noctis	88
Torcular	38,39.53	Vincti terræ	121
Tutus	40	Vincula peccatorum	37
Valetudo est à Deo	34	Virga Dei duplex	95
à Vase figlino simile	154	Virgines calamitosæ	18
Venit in Dei conspectum	54	Ululæ	154
Versus hebraici	5	Umbra Christi	177
Versus sine punctis appositus	199	politica	176
Viæ lugent	16	Unctus Jehovæ	176
Vicissitudo	120.133	Ursus	102
		Vulpes	196

FINIS.

Menda quædam de novo irrepserunt, ea lector æquus ipse, ut indicata, facile corriget.

PAg. 1. l. 4. ראינו. p. 4. l. 17. citra. p. 9. l. 19. עם. l. 26. agere. p. 12. l. 5. בנך. l. 31. לה. l. 33. אשר--יקרא. l. 34. יהוה. l. 34. post. etiam, adde. *præter.* p. 13. l. 4. alias l. 28. continenter. p. 16. l. 27. דרכי. p. 20. l. 20. בנת. l. 29. rectissimè. l. ult. in marg. רודף. p. 21. l. 26. Cant. cum. p. 22. l. 28. notat. p. 23. l. 9. post. *hunc*, adde. *nulla*. l. 19. conscientiam. l. 34, in marg. spiritualiter. p. 25. l. 18. post. *peccatis*, adde. *mira obstinatio. II. Dei in pœnis.* l. 25. post. *peccaret*, adde. *Syr. VII. 40. (quomodo melius puto cum Piscatore.* p. 40. l. 24. externè. p. 44. l. 5. enim.

ERRATA.

enim. p. 45. l. 1. hos. p. 46. l. 7. dicuntur. p. 47. l. 6. Seniores. p. 48. l. 26. חמרמרו. p. 50. l. 7. inſpicite. l. 8. quorum. l. 13. exaggeravit. p. 51. l. 26. adduxiſſes. l. 27. quem. p. 52. l. 7. איבי. l. 18. κάκωσις. l. 22. conſulatur. p. 53. l. 1. ἐγένοντο. l. 12. ἐπιχαιρεκακία. p. 56. l. 17. ac. p. 57. l. 4. poſt. *ſupra* adde. *fuit.* l. 9. *v.* 12. l. 22. ſic. p. 60. l. 3. Sigvvart. l. 29. Num. 16. l. 30. græcus. p. 61. l. 7. templa. p. 63. l. 28. paret. p. 64. l. 7. iter. p. 66. l. 1. ואניה. p. 69. l. 34. חלב. p. 70. l. 6. cantus. l. 27. poſt: *ſpectandus*, dele: *Dei decretum, de everſione urbis factum, ubi ſpectandus.* p. 72. l. 2. אמלל. l. 30. confringit. p. 73. l. 5. חזון. p. 75. l. 24. poſt: *conditione*, dele: *hæc exaggeratur parvulorum miſerâ conditione.* p. 79. l. 8. Iidem. p. 80. l. 19. Dich. p. 83. l. 24. voti. p. 86. l. 33. quid. p. 87. l. 24. poſt: *ſeu*, adde: *vita parvulorum tuorum. ſup. c. I. 5. & II. 11.* p. 89. l. 3. intercedere. l. 13. es dignatus. p. 90. l. 9. manibus. l. 30. Judæorum. p. 93. l. 5. Ego. p. 94. l. 11. poſt: *Photiniani*, adde: (*videatur Enjedinus in dictis ſtatim ſub initium.*) p. 97. l. 11. ſignisque. p. 98. l. 9. Quidam. p. 101. l. 17. non. p. 103. l. 28. סורר. p. 104. l. 11. פשח. p. 105. l. 32. homine. p. 106. l. 25. paruit. p. 110. l. 31. tamen. p. 111. l. 32. quia. p. 112. l. 5. καταδολιεχήσει. p. 114. l. 29. acceperunt. p. 118. l. 30. pulverios. p. 120. l. 17. dele: *& Dei affectio acerba.* p. 122. poſt: *ſupremi*, adde: *ſeu.* p. 127. l. 2. man. l. 9. γογγύζων. p. 129. l. 8. incertis. l. 15. qui. l. 29. poſt: נחפשה lege ר רכבנו. p. 130. l. 32. ſeu. p. 132. l. 23. ἐπθανατίους. l. 28. imperabamus. l. 33. poſt: *Qui ſine*, adde: *re ſine.* p. 133. l. 22. nos. l. 29. ἔσωθεν. p. 134. l. 4. exanimatio. l. 18. poſt *eſſet*, adde: *â.* l. 33. fluat. l. 34. poſt: Augen/adde: aus. p. 135. l. 3, מיבש. l. 11. ὄιτινες. p. 139. l. penult. גזר. p. 140. l. 27. ſuccurrenti. p. 144. l. 5. נקמתא. p. 146. l. 30. pro: *maxima ira*, lege: *maximum.* p. 150. l. 20. Tito. p. 151. l. 16. 2. Chron. 3. p. 157. l. 6. quam. p. 158. l. 15. שפח. p. 162. l. 23. poſt: λύθεν, adde: *vel.* p. 165. l. 1. occurrere. l. 8. perfoſſi. l. 15. ἐπιστεῖν. l. 29. miſericordium. p. 166. l. pen. חרון. p. 169. l. ult. poſt: *Schindlerus*, adde: *Pro.* p. 171. l. 4. poſt, *ſubitò*, adde: *&.* p. 172. l. 18. נשא. חלקם. p. 185. l. 29. poſt: Pſ. 6. 7. adde: *Verbum.* p. 187. l. ult. miſeriarum. p. 188. l. 15. יאריך.

ERRATA.

יאריך. l. 20. *Et.* l. 21. At. p. 189. l. 11. abrupit. p. 191. l. 1. זלעפה. l. 12. circumfulgebitis. p. 194. l. 2. enim. p. 195. l. 21. חטאנו. l. 27. pro : vanis, lege : væcis. p. 198. l. 1, pro : &, lege : *eſt*. l, 10. poſt : *potentiam*, adde : *tuam*.



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0234
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1839807369/phys_0238
DFG

nt: nec bellua tetrior ulla eſt,
es in libera colla furentis.

nantur in nos, & qui eripiat, *ſeu aſſe-*
nemo eſt, non tantam imperia à Do-
oret nobis, qui hactenus fuimus liberi) ſed
timis ferre & accipere cogimur, & mediaſti-
lomeſticorum omnium.
i verterant δῆλοι ἐκυρίευσαν ἡμῶν, Lati-
emere ſecutus eſt eos, reddens dominati ſunt
notat abruit, tam in bonum, quando quis פרק
malum, quando fera captum animal dila-
oco tamen quando ad uſum hujus verbi apud
n malè efferunt λυτρώσω. Aliàs quid
diligenter videndum. Sic locus ille Danie-
optimè conciliatur, cap. 4, 27. peccata tua Dan. 4, 27.
& iniquitates tuas gratiâ erga afflictos.
am, quam quod agas, non fingas, indicio
feceris bonum, ſi abruperis tandem telam
tatis, & exordiaris novam benefactorum &
, tum benè utiq; ſpera, etiam ablatum vel
ſeu (quales tùm converſo) afflictiones de-
14. Jon. 3, 10. Per ſervos autem quidam in-
Sa, Hugone, Thoma, Lyra &c. vicinas gen-
pierant, quales erant Ammonitæ, Moabitæ,
rior illa explicatio, quæ poteſt ulteriùs de-
rum ad imperium evectorum. Vide Prov.
gnat, commovetur terra. Manus autem
ſacris, notum eſt.
omino Dominorum reſiſtunt, his tandem
lunt, & eos, qui erant DEI refractarii, &
emendatio, nulla ſperari poteſt liberatio.
rum calamitatem Judæorum exaggerat Je-
, quod eos vexaverit 1. in urbe famis fa-
latronum nequitia. Nonne enim hoc mali
cibum petere, ſiquidem periculo vitæ noſtræ